b ¶ *Quisiere.* Adde. d. l. fenatus. §. pe. ff. de lega. 1. & l. fideicōmissa. §. quā quam. ff. de lega. 3. quid tamen si diceret lego tibi q̄ Titius vel hæres declarauerit se velle, quia talis voluntas requirit declarationem, & sic factū hæredis, dicit Angel. in l. centesimis. §. fi. ff. de verbo. obliga. q̄ tunc valeret perinde, vt valet, cū dicitur, si capitolium ascenderit: vel tale quid fecerit, vt in d. l. nōnunquam. ff. de condi. & demonst. & infra ista. l. ad finem & Angel, sequitur ibi simpliciter. Paul. de Castr. vbi Imo. de hoc dicto dubitat, & istud dictum dicit non esse verum Ale. in d. l. 1. ff. de lega. 2. col. 5. exeo, quia etiā verbum si voluerit intelligitur de voluntate declarata, vt est tex. in l. si ita. §. illi si volet. ff. de leg. 1. ergo idē dicendū est, & si illud exprimatur: quia exprimitur, q̄ taci tē inest. & magis placet hoc, & Adde. Bald. in l. voluntatis. col. 1. C. de fideico. qui intelligit, & limitat dicta iura, quando volūtas adiicitur verbo substantiuo, vel effectiuo: secus si in verbo executiuo volūtatis substantia, vel declaratio ponit. Allegat. l. tertiā. C. de dot., pmis. & vi detur in effectu idem, quod dixit Angel. Alexan. tamen in additio. ad Bal. ibi dicit, q̄ istud dictū Bal. videtur contra. l. cū quidam. ff. de lega. secundo & quæ ibi dicit idem Bald.

c ¶ *O tomare por bien.* Not. hoc q̄ idē importat hoc verbū, sicut si voluerit, & est hoc cōtra Bal. in. l. fideicōmissa. §. quāquā. ff. de lega. 3. dicentē, q̄ omne verbū intelligitur sonare in arbitriū boni viri, præter verbū volo & facit ad istam. l. l. fideicōmissaria libertas. ibi, si ei libuerit ff. de fideic omiss. liberta.

d ¶ *Y al hombre.* Est enim voluntas captatoria, vt. ff. de lega. 1. l. captatoriæ. Adde. l. n. & quæ ibi dixi tit. 3. §. ea. part. & aduerte, cùm dicit si quisiere: nā secus esset si legatū fuisset collatū in arbitriū alterius: qa intelligeretur de arbitrio boni viri, & legatū teneret. l. 1. ff. de lega. 2.

e ¶ *Fiziere.* Adde. l. si quis sempronium. ff. de hære. instit. & l. nōnunquā ff. de conditio. & demonstra.

¶ *Lex. 30.*

Si lego tibi mille quæ habeas quando hæres meus voluerit: nec hæres in vita declarauit quando, eius hæres tenetur statim ad legatum. Si autē lego tibi si volueris, nec in vita declaras te velle, non dabitur tuo hæredi hoc dicit.

f ¶ *Quando el mi heredero quisiere.* Concordat cum. l. fideicommissa. §. fideicommissum. ff. de leg. 3. & cum nota. per Azo. C. de leg. in summa col. antepe. in vers. item lega ri potest.

¶ *Ni señalasse dia &c.* nota. hoc verbum: quia non ita declaratur. in. dic. § fideicōmissū. vers. hoc antē de quo. l. ista sumpta est.

g ¶ *Ni señalasse dia* Echa seyendo la māda por tales palabras, que dixesse el testador, mādo a fulano ome mil marauedis, que los aya, quando el mi heredero [f] quisiere, si acaesciere que este heredero muriesse, [h] e non pagasse estos marauedis, en su vidā, nin señalasse dia [g] a su heredero a que los pagasse aquel que ouiesse de heredar los bienes del heredero del testador: seria tenudo de pagar lamanda, luego que en trasse la heredad, sin alongamiento ninguno: porque aquel cuyos bienes hereda, non lo contrasto [h] en su vida. Mas si el testador dixiesse assi: mādo: a fulano ciē marauedis, que los aya si quisiere: estonce valdra la māda, Pero si este a tal a quié fuesse fecha la manda, non dixesse en su vida que la queria [i] e se muriesse, estonce el su heredero, non ha derecho ninguno en ella, nin la puede demandar despues.

Nolo contrastar. Et sic morien do, videtur ve lle quod estfa uore vltimæ voluntatis qa secus in cōtra ctibus, vt in l. centesimis. §. fi. ff. de verbo. obliga. Bar. & Bal. in d. §. fic fideicommissum. in verbo. hoc autem, & videtur velle ista lex, q̄ si hæres declara uit, se nolle da re legatum, q̄ tunc neq; ipse neq; hæres ei⁹ teneat, qd nota: quia nō ita bene aperitur in dict. versi. hoc autem. In contrariū tamen videtur. l. vxorem. §. Seuola. ff. de lega. 3. vbi habetur, q̄ hæres grauatus, cùm volet vel voluerit. videtur grauatus post mortem, si ipse antea, non declaret se velle, & sic non est in potestate eius q̄ nolit. hoc etiam patet ex dictis Bar. in d. l. cētesimis. §. fi. ad. fin. n. colum. v bi dicit, q̄ in vltimis voluntatibus idem est dicere, cùm volueris, vel cum volet hæres det, q̄ est dicere, det post mortem suam, & sic post mortem debetur, tanquam ad ueniente die per tex. in dict. §. Sceuola. & sic illud legatum dicitur cō ditionale, vt habetur in dict. §. sic fideicommissum est. propter diem in certum mortis. l. dies incertus. ff. de conditio. & demonst. in contrarium verò facit tali casu diem & conditionem, vt declarat Bar. in. d. §. fi. quem sequitur ibi Ange. & fuerunt verba petr. ibi. Sed certè ista l. partitarum multum vrget, contra ista dict. Bar. & aliorum & ad dictam. l. vxorem. §. Sceuola. potest dici, q̄ intelligatur, si hæres non cō tra dixerit in vita prout ista. l. dicit & pro hoc facit: quia regulariter inter si & cum non est differentia. l. qui promisit cum ibi nota. ff. de condi. indebi. & tamen si testator dixerat, si hæres meus volet, vel vo luerit, poterit contradicere, vt. §. l. proxima & vult Bar. in. dict. l. centesimis. §. fi. in princi. col. 2. igitur idem dicendum, si dixerit: cùm voluerit: in hoc tamen erit speciale fauore vltimæ voluntatis, q̄ non contradicēte hærede à quo sic fuit legatū, in vita, debebitur post eius mortem, vt hic & in. d. §. Sceuola. co gita tamen: quia secundum istū intellectū, videtur fieri aliqua violentia dict. §. Sceuola. qui vult hoc relictum videri post mortem.

i ¶ *Que lo querria.* Concor. cum. l. si ita expressum. ff. de conditionibus, & demonstratio. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de lega. 1. quid autē si dixerat cùm voluerit? dic quod tunc non est necesse, quod legatarius ante mortem suam declaret se velle, secundum Bart. in. l. 1. ff. de legat. secundo. per. l. vxorem. §. Sceuola. ff. delega. tertio. quę lex licet loquatur quando ista verba cùm voluerit fuerunt relata ad hæredē tamen eadem videtur ratio, si referantur ad legatarium, secundum

Alex. in. d. l. 1. col. 5. licet Ioan. de Imol. ibi velit in hoc facere differentiam & tenere contra Bar. vt videbis ibi per eum & per Alexan. col. 4. & 5. & aduerte quod per istam. l. videtur non posse sustineri, quod Raph. Cuma. dicebat in. l. si ita. §. illi si voler. ff. delega. primo. & in. l. 1. ff. delega. secundo. & in. l. centesimis. §. fin. ff. de verbo. obliga. & sequitur eum Alex. in. d. l. 1. col. 5. q̄ istud tale legatum, cum legatarius voluerit, censetur esse purum, sicut cum lego tibi cùm pecieris. l. Titia. ff. de condit. & demonstr. l. si decem, cū petiero. ff. de verb. oblig. nam, vt hic vides, tale legatū nō est purum: quia si purum trās mitteretur ad hæredem etiā nulla declaratiōe sequuta, quam tamen declarationē exigit ista. l. & quod alias ei⁹ hæres habere nō posset: sed dic quod ista. l. non loquit, quando dixit cum legatari⁹ voluerit: sed si voluerit, vnde tene mentirin practica dictū Raphā. & sic erit differentia, an ista verba, cū volueris referantur ad hęredem, vel legatarium.

¶ *Ley. XXXI. Como se pueden fazer las mandas sin condicion, e a dia cierto.*

PVramente [a] pueden fazer los testadores sus mandas: que quiere tanto dezir, como sin ninguna cōdicion. E esto seria como si dixesse algū testador: mando a fulano tantos marauedis o tal cosa. E a vn la podria fazer a dia cierto, o de dia cierto en adelante. E esto seria como si dixesse el testador: mando que den a fulano tantos marauedis el dia de sant Iuan baptista este primero que verna: o si dixesse, mando que del dia de sant Iuan en adelante que gelos den. E a vn las podria fazer so condiciō. E esto seria, como si dixesse: mando a fulano tantos marauedis si fiziere tal cosa. Otrosi dezimos, que si el testador quando fiziesse la māda dixesse tales palabras: mando que den a fulano mill marauedis, quando fuere de edad [b] de catorze años, si acaesciere que aquel aquien la faze, llegare a aquella edad, valdra la manda: e si muriere enante, non la puede demandar su heredero, nin ha derecho de la auer. Pero caso y ha en que valdria la manda que fuesse fecha por tales palabras, maguer non se cūpliesse la condicion. E esto seria como si dixesse el testador: mando que aforren a fulano mi siervo, quando mi fijo fuere de edad de catorze años. Ca maguer el fijo non llegasse a aquella edad, nin se cumpliesse aquella condicion, valdria la manda, e seria forro por razon de la franqueza, que es otorgada a la libertad. [c]

a ¶ *Puramente.* Sequitur dicta Azo. C. eo. in summa. in fi. col. 6. ver. retro. ff. de verb. oblig.

b ¶ *Quando fuere de edad de catorze años.* Concordat cum. l. si cui legatum. ff. delega. 1. §. hoc autem legatum. & l. si Titio. ff. quando dies legā. ced. & adde q̄ idem esset, si apponeretur tempus certæ ætatis, cuiusdam tertij. l. si ita scriptum. ff. de manumiss. testa. quod limita nisi apponeretur tale tempus ad extinguendum legatum, vt si dixerim lego titio centum annua, quousq; titius erit ætatis. 14. annorum: nā tale legatum non est conditionale, neq; extinguitur titio ante dictū tempus decedente, vt est tex. qui non est alibi, secundum Bal. ibi. in l. ambiguitatem. C. de vsufruct. Sed quid si legetur in tempus certæ ætatis grauatiBar. in. d. §. hoc autem tenet quod non sit conditionale, & quod non pereat legatum, quanuis grauatus non perueniat ad talem ætatem per. l. libertis quos. §. ab hæredibus. ff. de alimen. & cibar. lega. & cum Barto. transeunt Angel. Bald. & Paul. de Castr. in letur. Paduana. ibi & Ludouic. Roma. in. l. in illa. ff. de verbo. obliga. Dynus vero, Rapha. & Ioan. de Imo. ibidem & Cynus & Bal. in. l. ex his. C. quando dies lega. ced. & Paul. de Castr. in lectura Bononien. & Salyce. in. l. vnica. §. finautem aliquid. C. de cadu. tollen. tenent contrarium per tex. in. d. §. hoc autem. & respondent ad. d. §. ab hæredibus diuersimodē, prout videbis latè per Alex. in. d. §. hoc autem. qui dicit illam vltimam opinionem esse veriorem per plura iura, quibus Bar. ibi nititur respondere: sed secundum Alexan. tales responsiones sunt cum maxima violentia, ibiq; Alex. allegat alia iura contra opinionem Bar. vt poteris ibi videre, & signanter alleg. l. si quis à filio. in princip. ff. delega. 1. cum glo. ibi quæ satis probat opinionem aliorum, contra Bart. Quid autem si dies non fuit præfixus substantiæ legati: sed eius præstationi, vel executioni? vide. l. ex his. C. quando dies lega. ced. & per Barto. in. d. §. hoc autem & ibi etiam per Alex. adde etiam tex. notabilem. in. l. codicillis. in princi. & ibi Bart. ff. de ann. lega. quod in dubio præsumitur, quod testator habuit respectū, ad tēpus simplex: & nō se retulisse ad tēpus certæ ætatis legatarij, vt videbis in casu. d. l. codicillis quæ est. l. singularis secūdum Paul. & Alex. in. d. §. hoc autem.

c ¶ *A la libertad.* Adde. l. si ita scriptum. ff. de manumiss. testa. & l. fideicommissaria. ff. de fideicommiss. libert. in. §. etiā. & idem potest dici in legato ad pias causas: cū valeat argumentum de libertate ad pias causas Bar. in l. proximè. ad fin. ff. de his q̄ in testa. delen.

¶ *Ley. XXXII. Como las mandas deuen ser judgadas por las leyes deste libro, maguer el testador lo defendiesse.*

NOn puede ningun testador fazer manda en ninguna manera, que por el derecho de las leyes deste nuestro libro, non deua ser judgada. E porende, maguer el defendiere señaladamēte, que ninguna ley, ni ningun derecho non pudiesse contrastar, nin embargar la manda que faze: con todo esso si la fiziere contra derecho, [d] o como non de-

tradit Alex. in. l. captatorias. C. de testa. milit. & dixi. S. eo. l. 17.

¶ *Lex. 32.*

Non potest quis contra iuris dispositionem testari: nec de sepultura quid iniustum vel inconsuetum ordinare: & habebit legatarius sibi relictum, etiam si iniustum vel inconsuetum in sepultura non faciat. h. d. Habuit ortum ista lex à. l. nemo potest. ff. de lega. j.

d ¶ *Contra derecho.* not. hic bona verba Ange. in. l. nemo potest. ad fin. ff. delega. 1. de qua lex ista sumpta est q̄ legibus prohibitis non derogatur per testantem, neq; etiam per contrahentes. l. cum lex. ff. de fideiussō. similiter legibus respicientibus ordinationem testamenti & eius substantiam non derogatur: quia fine illis non potest esse testamentum. l. 2. ff. de testa. similiter neq; derogatur legibus concernentibus duration em obligationis personalis, quæ contrahitur ad legata, vel fideicommissa: siue voluerit testator derogare per adiectionē temporis, siue loci, siue per adiectionem conditionis, legibus autem aliquid introducentibus merè in fauorem testantis, renuntiari potest. l. 2. C. vt in possess. lega. vnde etiam dixit Bal. in. l. 1. in fi. 4. col. C. de his quæ pœnæ nom. quod quando lex disponit ad executionē voluntatis, potest testator illud remittere: si verò ad necessitatem fānoris hæredis, & non potest remittere: cum tamen ipse hæres posset expressè & tacitè, vt nota. in. l. 2. ff. de vsufru. & hinc est, quòd testator potest remittere tacitam hypothecam, quæ oritur pro legatis gl. singularis in. l. 2. C. vt in possess. lega. & illam sequuntur magis communiter docto. ibi & in. d. l. nemo potest prout attestatur Alexā. ibi col. 4. & per illam glo. dicit Bal. ibi quod testator potest remittere, ne dominium transeat in legatarium sine possessiōe. vide etiam ibi per Bal. nunquid testator possit facere, quod legatario currat præscriptio annalis, quæ de iure communi est perpetua, vel quod legatario non currat minor præscriptio centum annorum? de quo etiam vide per Bar. & Alex. in. d. l. nemo potest & ex prædictis etiam deducitur, quod potest testator dare legatario licentiam capiendi rem propria autoritate contra. l. non dubium. C. delega. vide per Barto. in. d. l. nemo potest, vbi etiam Alex. col. 3. & si testator solum dicat, vim fieri veto legatariis meis, videtur eis dare licentiam capiendi propria autoritate, Bal. in. l. 1. in lectu. antiqua. C. communia delega. per tex. fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gularem, secundum Iacob.de Are.in.l.permiſceri.ff.de acquirend. poſſeſsio.facit etiam text.& ibi not.Angel.in.l.hoc ſi res.ff.de rei vendi.& an poſsit remittere confectionem inuentarij?vide ibidem Barto.quod ſic.in dicta lege nemo poteſt.vbi Alexand.columna quarta tradit etiam de inuentario hæredis, quatenus tangit præiudicium legata riorum. Quid autem,ſi teſtator prohibuit hæredem alibi conueniri pro legatis, quam in certo loco,ſi hæres dolo vel mora interueniente non venit ad locū illū,dic q̄ tunc poterit alibi cō ueniri.l.bonæ fidei.ff.de eo quod certo loco.& ibi Bartol. Bald.& Fulgoſ.poterit etiam teſtator præfigere tempus in teſtamento hæredi ad adeundum hæreditatem, vt poſt illud tempus mero iure excludatur,ſecundum Angel.in.l.ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de acquirenda hæredita.per illum text.& per nota.per gloſ.in.l.cretionum.C.de iure deliberand.vbi etiam Paul.reſpondet ad.d.l.nemo poteſt.& ſequitur Alexand.in dicta lege nemo poteſt.in fin.adde etiam quod neque poſſunt facere contrahentes,quod legum diſpoſitio non habeat locum in actibus eorum.l.fin.ff.de ſtipula.ſeruo. & not.Bald.in capitu.primo.§.& quia videmus.columna ſexta. de his, qui ſeu.dare poſ.

uiere [a] en alguna manera,non valdra. [b]

a ¶ *O cumo no deuiere.* An autem ſi prohibeat leges non obſtare ſuo teſtamento,operetur talis prohibitio,effectum clauſulæ codicillaris? vide glo.& docto.quod ſic in.d.l.nemo poteſt.

b ¶ *No valdra.* Quia excepto principe omnis homo eſt ſub lege.l.digna vox.C.de legib.& ideo clauſula non obſtante,ſoli principi conuenit, non alij:vt hic,& in dicta lege nemo poteſt. vbi hoc nota. Ange.in.l.ius publicum.ff.de pact.lege ſecunda.ff.de teſta.l.codicillis.§.fina.ff.delega.ſecundo.vbi glo.prima vocat ſtultum teſtatorem volentem contra leges diſponeret:hinc euenit,quod volentes condere maioriam in vnum ex filiis,vel nepotibus:cum ipſi non poſſint filiis imponere grauamen in legitima,vel eam diminuere.l.quoniam in prioribus.l.quoniam nouella.C.de inofficī. teſtamen.l.17. titu.primo ſupra eadem partita.etiam reſpectu bonorum quæ eſſent extra regnum licet ibi eſſet latior facultas diſponendi ex his quæ notat Barto.per text.ibi in.l.ex caſtrenſi. ff. de caſtren.pecul. adeunt principem,vt ſuper hoc referibat:cum clauſula non obſtante,qui ſtillus emanaſſe videtur,poſt editionem ſtarum.ll. partitarum.quod patet quia in iſtis legibus in titu.decimooctauo tertiæ partitæ.nulla fit mentio formulæ talis licentiæ,& talem formulā conſulit late ordinandam Roder.Suarez.in repetitio.l.quoniam.in prioribus.in ſecunda limitatione illius legis.folio ſexageſimo quinto columna quarta totius repetitionis,vbi ipſe illam ordinat ſubdens,quod ſi alias ſub nube & implicitē aliquis impetraret à principe liberam teſtamenti factionem, non ſpecificē ad ſupra dicta contenta in eius formula,neque cum derogatione dictarum.ll.non poſſet vigore talis facultatis facere maioriam in præiudicium filiorum, & ibidem parum antea. folio ſexageſimoquarto.columna ſecunda verſiculo.ex ante dictis.damnat illam formulam conſuetam,quatenus dicit.do os licencia y facultad,para que de todos vue ſtros bienes o de qualquier parte dellos podays hazer y hagays ma jorazgo en vno de vueſtros hijos qual quiſieredes y por bien touieredes. &c. quatenus enim dicit, de omnibus bonis: aſſerit talem licentiam eſſe valde iniuſtam,& conſcientiæ concedentis onroſam:cūm per eam expreſsē tollatur legitima aliis filiis,quod aperte eſt contra ius naturale,vt ipſe in eadem limitatione ante hoc latē deduxit,& ibi allegat notanter Bald.in.l.fina. columna ſecunda. C.de fructi.& liti.expen.quòd princeps poteſt alicui concedere potestatem teſtandi diminuta legitima,& quod priuilegium conceſſum ad minuendum legitimam, non eſt iniquum: ſed ad tollendum in totum ſic:cum legitima ſit de iure naturali,loco alimentorum:non tamen eius meta:ſed de arbitrio legillatoris,ibiq;.columna tertia.dicit,quod pater,qui vigore talis facultatis,faceret maioriam in vnum ex filiis,priuando alios bonis ſuis, ſine iuſta cauſa, de qua.in.§.cauſas.in autenti.vt cum de appella.cognoſ.peccaret, neque eſſet tutus in foro conſcientiæ:neq; excuſaretur prætextu talis facultatis,allegat gloſſ.in capitulo non eſt de vot.& alia, quæ ibi videre poteris: tandem concludit columna quarta.dictam clauſulam eſſe iniuſtiſsimam, conſuliq; ab ea abſtinendum,& idem ego conſulerem,ſi in tali facultate non contineretur illud quod cōmuniter ſolet etiam apponi.ſcilicet quod ita hoc fiat,vt reſeruentur alimenta aliis filiis,licet non ſit tanta portio,quanta alias ſibi iuxta.ll.regni competeret:hac tamen clauſula appoſita,vt ſemper apponitur non bene percipio,quid ſcrupuli eſſe poſsit: ex ea nanq; euidenter conſtat principem nolle in totum tollere legitimam:ſed diminuere,prout etiam dixi in.l.vndecima titulo quarto ſupra eadem partit.in glo.prima.vbi vide. ¶Sed an vigore huius facultatis poſsit diminuere legitimam filij qui eſſet clericus in minoribus tempore datę licentię?videtur quod non ex his quæ tradit Bald.in capitu.cum veniſſent.columna ſecunda.verſicu.opono dicitur hic de eo qui mitti.in poſſ. cauſa rei ſeruan.vide quæ

E deue ſer reuocada e judgada por las

habentur.in capitu. eccleſia ſanctę Marię de conſtitu.& quæ dixi in lege quarta titu.decimoquinto quarta partita.ſuper glo.in parte en cuyo ſeñorio.& cogita in hoc nam ex hoc ſubuertereretur multę facultates ad maioriam ſeu ipſe maiorię:ſi tamen poſſet datam facultatis regię fieret clericus vi.c.ſi eo tempore.de reſcri.lib .ſexto. & quod notat Bar.in.l.vſusfructus.in fi.ff.de ſtipu.ſer. ¶Sed quid ſi aliquis ſine licentia principis fecit maioriā de bonis ſuis & etiam de aliquibus bonis filiorum ſeu quæ aliquo modo ad filios ſpectabant qui filii ne de facto ſibi præiudicaretur impetraverunt a principe reuocationem iſtius maioriæ reſpectu bonorum filiorum,an ex hoc videatur princeps approbare maioriam reſpectu bonorum patris:cum ſciens princeps ſine eius licentia factam maioriam reuocauit tantum quoad bona filiorum.videtur quod ſic ex dictis Barto.& Pauli de Caſtro.in.l.legata inutiliter.ff.delega.primo.vide ibi Paul.de Caſtr.ver.& inducitur per Dyn. ¶Aduerte etiam quod ipſe rex de bonis patrimonialibus extra regnum poterit cum non recognoſcat ſuperiorem facere maioriam inter filios.l. ceſar.ff. de publi.& vectiga.l.donationes quas.C.de dona.inter virum & vxor. Bald.in.§.item ſacramenta.de pace iura.ſir. quarta colum.verſiculo ſecundo vtrum rex.bonus text.in capi.ſi Romanorum in princi.ſo diſtinctio.l. omnium.C.de teſta. ¶Et an habens facultatem adfaciendum maioriam de certis bonis ex autoritate regia poſsit vigore legis regni facere maioriā in tertia bonorum de aliis bonis videbatur quod ſic per tex.& quod ibi notat Bald.in.l.fina.C.de repu.hære. quod priuilegium non confunditur cum iure communi,in contrarium tamen facit quod non eſt veriſimile principem voluiſſe grauare filios duplici onere.l.nauis onuſte.§.r.ff.ad.l.rhod.de iactu. c.mandatum.de reſcri. ¶Et an teneat maioria facta cum facultate primogeniti filii regis patre viuente ſi maioria fiat poſtquam primogenitus ſucceſsit in regno vide quæ notat Barto.in.l.cum virile. de vſucap.& in.l.hæreditatē.ff.de caſtrē.pecu. ¶Et quid ſi deffacultas ad faciendum maioriam in vnum ex poſteris ſuis,an videatur data vt poſsit etiam in deſcendentes ex fœmina?tex.facit quod non in.l. prima.ff.de iure immu.vide ibi per docto. ¶Quid ſi rex dedit ſi centiam faciendi maioriam in ſecundum filium ſub conditione ſi filius maior cōſenſerit.& ante conſenſum filij maioris moritur rex, poſtea conſenſit filius maior & fit maioria in ſecundum an teneſtis die quod ſic quia non apponitur condi:io conceſsioni,ſed executio ni actus.l.prima.in fin.ff.quod quiſq; iur.vide Bal.in capi.primo.in princip.colum.2.hic finitur lex.Iaſo.in.l.ſi quis neque cauſam.ff.ſi certum pet. ¶Aduerte etiam quod videtur quod vt plenior ſit facultas oportet quod in ea fiat mentio etiam de aliis filiis poſthumis nati ſcituris: quia licentia filios grauandi in legitima non extenderur alias ad poſthumos ex notatis per Bart.in.l.titius.ff.de libe.& poſthu.in fin.princip.reprobando glo.ibi & videtur tex.in.l.ex facto.in princip.ibi nam veriſimile eſt.ff.de vulga.& pupil. ¶An autem virtute talis facultatis,quod poſsit facere maioriam in vnum ex filiis, quem vellet,poſsit illam facere in filium ſpurium:& certè ſtantibus legitimis,crederem quod non per tex.nota.in cap.dicat aliquis.q. quarta.& quia princeps intelleXiſſe videtur de filio legitimo & naturali.l.filium diſtinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.l.fin.ff.de iur.deliberan.& ibi Paul.de Caſt.& in auten.vt liceat matr.& auiæ. §.ad hoc.& per Fabr.in.§.fina.inſt.de adoptio. Quid autem,ſi princeps ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis,dedit licentiam faciendi maioriam,in quendam filium ſpurium,vel naturalem,non obſtantibus filiis legitimis,quibus princeps tantum voluit reliquas alimenta,an tenebit talis conſtitutio maioriæ per maximè ſi princeps potuit moueri ad id concedendum propter ſtrenuitatem, & bonitatem talis filij baſtardi?& videtur quod non teneat,neq; princeps hoc poſſet:quia neq; legitimatio filiorum ſpuriorum,neq; naturalium poteſt fieri,ex reſcripto principis legitimis & naturalibus ſtantibus,vt in auten.quib.mod.natura effician.legiti.§.ſi quis ergo non habens.& dicebat Bald.in capitu.primo.§.filij nati.ſi de feud. fue.contro.inter domin.& agna.quod imperator qui legitimat ſpurios exiſtentibus filiis legitimis,vt cum eis æqualiter ſuccedant,videtur quoddam pecus non habens præ oculis iuſtitiam publicæ honeſtatis,neq; conſiderans,quod per ſolas nuptias conferuntur ple-

gans genus humanum.

¶Præterea & hoc videtur de iure diuino prohibitum,gene.21.capit. cum dicit eiice ancillam & filium eius,non erit hæres filius ancillæ cum filio liberę:& iſtud idem habetur.in capitu.non omnis.32.q.2. vbi etiam adiicitur iſtud à domino conſtitutum,prius quam initiū romani iuris extiterit, adducitur quā autoritas Apoſtoli ad Galathas,quarto capitu.vbi etiam allegat illud geneſi.21. facit ad idem quod habetur in ſumma.& in capitu.vnico.35.q.ſeptima.facit etiam quod not.Barto.Bald.& Paul.de Caſtr.in.l.tertia.ff.de teſta.& tradit late Paul.de Caſt.conſi.467.volu.2.incipit viſo dicto puncto.vbi concludunt non poſſe fieri per ſtatutum,quod ſpurij filij poſsint ſuccedere,& inter alias rationes adducit Barto.illam,quod eſſet contra ius diuinum,quo cauetur,non erit filius ancillæ cum filio liberæ.Bald.etiam adducit aliam,quæ multū confert in propoſita quæſtione,quia quod ſpurius non poſsit inſtitui eſt introductum propter turpitudinem,teſtantis:& actus propter turpitudinem agentis reprobatus nulla conſtitutione permitti poteſt,vt in di. auten.vt nulli iudicum.

¶Item actus reprobatus propter turpitudinem æquiparatur actui prohibito de iure diuino capitu.ex parte.de conſuetu.& contra ius diuinum non valet ſtatutum,quod enim ſpurij non poſsint ſuccedere patri eſt inductum propter eius delictum,& vt refrenentur ab illicito coitu,vt in lege fin.C.de natura.libe.vnde contra bonos mores eſſet,quod princeps ſuper hoc diſpenſaret maximè in excluſionem:& cum tam graui præiudicio legitimorum:imo & fortius eſt quod voluit Ioann.de Imol.in.d.l.tertia. ad fin.quòd neque valeret ſtatutum,quòd filij naturales tantum ſuccedant patri:quia ſic indifferenter habilitando naturalem præberet materiam delinquendi:& ideo non videtur valere.

¶Præterea tale priuilegium principis quodammodo alios alliceret ad illicitos coitus,videntes poſſe ſe impetrare tale priuilegium,& omnis conſuetudo conſtitutio iuramentum & priuilegium per quæ nutriri poſſunt peccata,non valent ſecundum Ioan.Andre.in capitu.extirpande.de præben.ſuper verbo conſuetudine qualibet. pro parte verò contraria facit illa deciſio.Neapolitana collecta per Mattheum de afflicto deciſio.nonageſimanona incipit.ſi pater vbi refert bis in duabus cauſis fuiſſe iudicatum,quod ſi pater mediante ſtipulatione veniunt.& ſequitur ibi Iaſon.in ſexageſimanona.colum.tertius tractatus retuli ſupra quinta partita.titulo octauo.in.l.penulti. ſuper glo.ſegun ſe ouieren. ſic ergo videtur,quod.ad maioriam poſſit venire mediante gratia,& priuilegio principis.adducit etiam & Matthæus in.d.deciſione,quod necdum ſpurio verum etiam ſeruo, poteſt de nouo dari feudum & emphyteoſis,vt in capitu.primo.§. perſonam.per quos fiat inueſti.

¶Præterea(vt dixi ſuperius)per principem poteſt minui legitima filij,licet non poſsit tolli in totum,ſecundum magis communem opinionem:poterit ergo princeps reſeruata portione ſufficienti ad alimenta filiorum diſpenſare:vt cætera bona per viam maioriæ veniant in ſpurium:neque repugnabit ius diuinum allegatum:quia vt dicit Ioann.de Imol.in dicta lege tertia.ff.de teſta.illa autoritas non multum vrget:quia illud erat quoddam præceptum iudiciale legis veteris,& non videntur obligare in lege noua iſta iudicialia, niſi quatenus ſunt approbata per habentem autoritatem legis addendæ,vt habetur in capitu.tranſlato.de conſtitu.& per S. Thom. prima ſecunde quæſtione.104.articulo tertio.de quo etiam in capi. fina.de ſucceſ.ab inteſta.& in.§.his ita.6.diſtinctione.hoc etiam videtur de mente Hoſtien.in ſumma.in titu.qui filij ſint legi.vbi dicit,quod licet Imperator poſsit legitimando ſpurios eos ad hæreditatem admittere:non tamen hoc poſſet legem generalem condendo:ſed in caſu quo non curarent:vnde filios haberent,ſi ſcirent eos ſibi ſuccedere deberē:& ſic ſi non eſſet legem generaliter condendo:ſed in caſu particulari diſpenſando,videtur de eius mente,quòd hoc poſsit imperator.hoc etiam vult Bal.in.l.eam quam.columna nona.C.de ſiJem,quod ſpurij ſuccedant: quia eſt indirectē contra bonos mores,ſicut neque conſtitutio valeret,quòd quilibet poſſet adulterare,& inceſtum committere:& ſubdit quòd hac ratione non poteſt legitimare naſcituros ex aliquo,qui nondum ſunt concepti in vtero:quia eſt dolus de futuro:ſed ſi eſſent nati ,vel concepti,poteſt; quia eſt dolus de præterito,circa quæ non remouetur reatus, ſed pœna,& pro iſta parte etiam facit quod not. Ioan.Andr.in addi-

tio.ad Specula.titu.de ſucceſsio.ab inteſta.§.fina.verſicu.ſed ex facto vbi dicit,quod princeps poſsit ſtatuere,quòd tales ſuccedant patribus,ſicut ſtatuit quod ſuccederent matribus potiſsimè cum generatione & natura ſint filij,& conſanguinei, licet ad comprimendum illicitos coitus primo excluſerit illos per legem ſuam,vt in autenti.quibus modis natura.efficiun.ſui.§.oporteT ſi ergo ad primordium naturæ reducitur ſpurius,ceſſat cauſa quærelandi lege prima.C. de imponen.lucrati.deſcriptio. libro decimo.finaliter tamen refert Hoſtien.tenere contrarium vbi ſupra,iſta etiam quæſtio latiſsimè tractatur per præpoſit. Alexand. in capitu.per venerabilem.in verſicu.quod autem.qui filij ſint legiti.in quinta quæſtione principali.verſiculo octauo.quæro & in capitu.conſtitutiones decima diſtinctione.& concludit nec dum hoc poſſe ſtatui per legem imperialem:verūm etiam per aliam legem ciuilem,vel ſtatutum:nam ex quo per legem ciuilem matribus poſſunt ſuccedere, vbi etiam militat ratio peccati vitandi:ita etiam ſit lex admittenda ſi ſtatuat,quod ſuccedant patribus. Adducit etiam quòd iſte ſucceſsiones ſint de iure ciuili delatæ,licet in filiis hoc ſuadeat naturalis ratio,vt in.l.cum ratio.ff.de bonis damna.ideo ius ciuile poteſt eas modificare,& augere & circa eas diſponere, iuxta notata per Dyn.in regul.indultum.de regulis iuris.libro ſexto.nec erit facienda differentia inter natos ex damnato coitu, & alios ſecundum eum:quia prædicta fundamenta militant in vtriſque,licet Bald.in lege prima.C.de iur.aureo.annu.faciat inter iſtos differentiam:cum quo etiam videtur tranſire Decius.in capitu.in præſentia.de probatio.numero quadrageſimotertio,quia ſecundum eum cum differentia Bald.fundetur ſuper peccato,non procedit:quia in vtroque eſt peccatum mortale,licet in natis ex damnato coitu ſit maius:ibiq; reſpondet ad principale motiuum tenentium ſtatutum tale non valere,ſcilicet quia dare videtur occaſionem peccandi:nam ſecundum eum illud procederet,vbi lex directè diſponeret ad peccatum:ſecus ſi à remotis:nam cauſa remota non ordinatur directè ad effectum: & ideo non habetur in conſideratione.l.qui domum habebat.ff.loca.in fin.l.Neratius.ff.de ſeruo corrup.capitu.de occidendis.25.quæſtione quinta.capitu.exhibita.de homici.alias diceremus quod lex euangelica, quæ prohibuit repudium dari vxori, per virum eſſet iniqua, ſi contingeret quòd ob hanc cauſam indiſſolubilita:is occideret aliquis vxorem ſuam, quam haberet exoſam, & illud dictum non erit hæres.&c.quod etiam retulit apoſtolus ad Galathas quarto non obſtabit:nam ſecundum eum apoſtolus loquitur, ſecundum illas leges,quatenus erant & nunc ſunt:per hoc tamen nō dicunt legem imperialem ſuper hoc de nouo ædi non poſſe:facit etiam pro iſta parte communis doctorum concluſio.in.l.gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de liber.& poſthu.qui dicunt principem poſſe legitimare filios illegitimos in præiudicium filiorum legitimorum. & iſtud fuit ſequutus Bald.in.d.§.& quid ſi tantum.& in dicto.§.filij nati.ſi de feud.fuerit controuer.inter domin.& agna.& in.l.cunctos populos.C.de ſumma trinita. & fide catho.& in lege prima.C. de iur.aureo.annulo.quinimo & de iure iſto partitarum hoc eſt deciſum per.l.fina.titu.15.quarta partita.vbi vide quod dixi & licet iſta quæſtio pro vtraque parte ſatis ſit diſputabilis:mihi tamen magis placet prima opinio, velut iuſtior & æquior,& bonis moribus & honeſtati congruens & quia vt habetur in euangelio,non eſt bonum ſumere panem filiorum,& mittere canibus. & illud apoſtoli, ſi filius ergo hæres, & quia licet excluſio legitimorum non habuerit fontem à iure diuino,vt ſupra dictum eſt,ſed tantum à iure ciuili,& lege poſitiua: cum talis res ita ſit rationabilis, & honeſta princeps eſt obligatus ad obſeruantiam talis legis adiectamine rationis:quia eſt animal rationale, & à tali dictamine rationis princeps non eſt ſolutus, ſicut neque à lege æterna,vel naturæ,vt tradit Bald.in lege ſecunda columna ſeptima.C. de ſeruitu.& alibi dixit idem Bald. quod licet principis ſit ſuprema autoritas: tamen naturalis ratio autoritate eius mutari non poteſt, in.l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen. & quia ſi lex reputat abſurdiſsimum, quod extantibus legitimis naturales ſibi introducantur in ſucceſsione,& ſi legitimentur,vt in autenti.quibus modis natura efficiun.ſui.in.§.tribus.multò magis reputari debet abſurdiſsimum, ſi ita ſpurius introducatur ,vt legitimos excludat, quaſi à tota ſucceſsione:enormiter nanque ledere in legitima eſt idem, quòd in totum tollere,vt dixi in.l.vndecima titulo quarto ſupra eadem partita.& in hanc ſententiam inclinat ille vir ſummus ſeu dictica.& chriſtianus.vir Andr. de Yſern.in.§.naturales.ſi de feud. fuer.contro.inter domin.& agna.& quia illa opinio,quòd non valet ſtatutum, quòd ſpurius ſuccedat eſt magis communis opinio. & qui eam impugnant loquuntur,quando non eſſent filij legitimi:& licet Imol.& Franciſc.de Aret.in dicta lege tertia.ff.de teſta. conentur reſponſiones dare ad illud iuris diuini, eiice ancillam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c.video illam autoritatem adductam per.S. Ambrosium & positam in volumine decretorum in dicta capitu.dicat aliquis,quam autoritatem etiam Bal.in.l.cunctos populos.in quarto fol.C.de summa trinita.& fide catho.exponit idest non erit hæres filius concubinæ:cum filio vxoris legitimæ.& quia lex illa partitarum.loquitur in filiis naturalibus legitimatis,vt patet ex serie illius tituli,& intelligitur.vt ibi dixi de legitimatis ante natiuitatem filiorum legitimorum,& naturalium,vt ibi dixi,quod etiam & hodie non admisit.d.l.Taurina pro ista etiam parte bene facit doctrina Bartol. in extrauagan.ad reprimendum.in glos.super parte videbitur.in versiculo secundo casu principali.

¶Bene tamen fateor,quod posset princeps concedere priuilegium facienti maioriam,quod possit vocare filios vel nepotes expurios ad maioriam,eo casu quo deficerent filij legitimi,sicut & alias in defectum aliorum lex habilitat spurios,ad honorem publicum decurionatus.l.generaliter.§.spurios.&.l.spurij.ff.de decurio.& in propriis terminis ita consuluit Decius in consilio ducentesimoseptuagesimoprimo.incipit in casu transmisso de Hispania.versicu.postremo.penulti.colum.& fin.& intellige & limita,vt dixi supra quinta partita.titu.octauo.l.penul.in fin.glos.super parte segun se auiene. non tamen ex tali facultate posset vocari spurius ad maioriam dignitatis,veluti ad ducatum,vel comitatum ex eo,quod not.Bald.in l.eam quam.columna decima.C.de fideicommiss.ver.quæro vtrum legitimatus,vbi quærit,vtrum legitimatus ad feuda comprehendatur sub isto generali vocabulo ad feuda dignitatis,& respondet ꝙd non:quia dignitas,vult dignos vtero,non impetrato beneficio indefinite: nam talis interpretatio non extenditur ad curata,neque ad dignitatem,quoniam in illis reddit se princeps difficiliorem in concedendo,ad quod vide bonum text.in capitulo.cum in illis.de præbend.libro sexto.& capitu.fina.de præben.in volumi.decretalium.& Socin.consilio ducentesimosexagesimo.in causa nautensis secundo volumine.columna decimatertia versi. quarta principalis conclusio. quinimo argumen.d.c. cum illis.in princip. videtur dicendum,quod si in maioria essent castra, & villæ cum iurisdictione & vasallis,quod ex tali generali facultate,spurius ad ista non posset vocari:& quia habere vasallos est dignitas,cui iurisdictio inest, vt dicit Bald.in versicu.Marchio.ad fin.de his qui feud.dare poss. hoc tamen non firmo ex eo quod hodie iurisdictiones vendantur cũ territoriis,& vasallis & rusticus posset esse capax:& quia maior ratio militat in cura animarum,de qua in dicto capitu.cum illis, quam in iurisdictione temporali.

¶Et si filius qui in defectum legitimorum,vocaretur ad maioriam, esset filius naturalis:crederem non esse necessariã ad hoc specialem principis concessionem:cum de iure communi.& isto partitarum pater posset deficientibus filiis legitimis,relinquere bona sua filio naturali tantum,vt in autenti.licet.C.de natura.libe.& in.l.fina.tit. decimotertio infra eadem partita. & si habeat ascendentes legitimos,vt in.l.10.in ordina.tauri.& satis bene hoc probatur.in.l.27. in ordi.tauri.neque ad hoc obstat text.in.l.si is qui.ff.de vulga.& pupilla.cum glos.ibi quatenus exemplificat illam legem in filio naturali vbi habetur,quod si pater substituat filio legitimo,& naturali impuberi filium naturalem patris,quod talis substitutus adueniente casu substitutionis, licet possit habere ex substitutione bona pupilli:non tamen bona patris,in quibus alias non poterat extantibus legitimis,succedere, propter eius incapacitatem : nam de necessitate.l.illa debet intelligi prout Ioann. de Imol. eam intelligit in.l.Lucius.ff.eodem.quando vltra pupillum stabat alius filius legitimus : alias autem substitutus pupillaris admitteretur, etiam ad bona patris, quod Alexand.ibi.columna tertia.in princip.dicit summe esse notandum, pro limitatione illius legis.& licet iste intellectus aliqualiter diuinet secundum eundem Ioann. de Imol.tamen dicit esse tenendum,vt euitetur contrarium,quod alias posset formari de dicta lege Lucius.& cum isto intellectu tenet etiam Alexand.in dicta lege si is qui.& ratio suadet,quia cum exclusio naturalis,quoad bona patris non sit propter fauorem pupilli : quia imo fauor pupilli esset, quòd naturalis substitutus caperet etiam bona patris, argumen.l.si pupillus.ff. de acquiren. hæredita.restat dicendum id statutum fuisse propter fauorem aliorum filiorum legitimorum, quibus non extantibus nihil repugnat:quin etiam bona paterna naturalis capiat ex substitutione,& cum.d.l.Lucius.permittat filium naturalem venire ad totam hæreditatem ex substitutione,legitimo repudiante:& sic,quod succedat ex vulgari, idem dicendum est in fideicommissaria substitutione: cum etiam per vtranque succedatur testatori.l.cohæredi. §.cum filiæ.ff.de vulga.& pupill.substitutio. Vnde non stante alio filio legitimo,poterit pater filium grauando ex facultate regia vocare naturalem in defectum descendentium legitimorum,& quod idem sit dicendum in fideicommissaria, quod in vulgari, tenet Alexand. in dicta lege si is qui.

¶Quid autem si cum haberem filium spurium quem ex errore iuris credebam legitimum.& communi opinione talis reputabatur,feci in eum maioriam an tenebit:vide quod dicit Bald.in.l.si arbiter versicu.pone habebam.C.de senten.

¶Aduerte etiam circa prædicta quod & si expresse non vocetur filius naturalis ad maioriam in defectum legitimorum,ex eo quod quis fecit maioriam in filium maiorem & cæteros descendentes ordine primogeniture videtur quod sit vocatus filius naturalis defficientibus legitimis.l.cognoscere.§.liberorum.& ibi glos.& Barto.ff. de verbo.signi.videnda tamen sunt in hoc quæ habentur & notantur.in.l.ex facto.§.si quis rogatus.ff. ad Trebell.

¶Aduerte etiam,quod licet vigore facultatis regiæ hoc concedentis,vt possit facere maioriam in vnum ex filiis,quem elegerit pater posit eligere talem filium, si ipse eligat inter filios, filius sic electus non poterit eligere vnum, ex suis filiis: sicut poterat pater,videtur pro hoc casus.in.l. liberi. ff. de assignan. liber. & quia concesio regia non extenditur vltra primam vicem.l. boues. §. hoc sermone.ff.de verbo.significa.

¶Et potest dici, quod vigore talis licentiæ regiæ,quæ est in vsu, quod possit facere maioriam,cum vinculis,restitutionibus,& submissionibus,quibus vellet,quòd poterit condens maioriam dare filio suo,in quem fecit maioriam potestatem eligendi vnum filium, quem vellet,vt in ipsa succedat,licet in casu quo nõ cõcederet,succederet maior,vt dixi,cum hoc sit de more maiorcatuũ Hispaniæ) cum princeps eius arbitrio hoc reliquerit, tenebit talis ordinatio, Non tamen poterit talis filius,quem elegerit eligere temporaliter, seu vsque ad certum diem:imo talis electus per filium,debet habere maioriam toto tempore vitæ suæ,hoc probatur per text.in.l.fina.§.ex die. iuncta.lege prima quam glo.ibi allegat.ff.de assignan. liber. quod sine dubio procederet,quando ex verbis primi disponentis appareret quòd sic electi debebant possidere ad vitam,vt si inuestituræ tenor,seu maioricatus diceret:filius meus eligat vnum de filiis suis, tempore suæ mortis.& ille sic electus possit etiam tempore suæ mortis,vel in vita eligere vnum de filiis suis,idem tamen crederem,& si ista verba vel similia non essent in institutione maioriæ:nam talis electio non debet esse temporalis,vsque ad certum diem,argumen.dictę legis fina.§.ex die.cum glosso.ibi & quia tam princeps,qui facultatem concedit quam conditor maioriæ,in vocationibus & fideicommissis, quæ faciunt habere videntur respectum ad consuetudinem maioratuum, Hispaniæ,quæ est vt succedatur ad vitam,non ad certum diem:vt in simili tradit Andre.Sicul.in consilio decimo.sapienter scribitur.in princip.& per totum. secundo volumine.& Decius.in consilio.397.viso puncto.tertio volumine.& iuxta nota.per Bartol.in.l. hæredes mei.§. cum ita.ff.ad Trebellia.

¶Aduerte etiam,quòd vigore talis facultatis,non videtur princeps concedere,quòd faciat maioriam in fauorem filij,qui sit inimicus regis,bonus tex.in.l.Lucius.§.Lucius Titius damnam.ff.deleg.secundo.facit bene lex fin.C.de pact.inter emp.& vendi.per quam.l.gl. &Bald.in capitu.1.in princi.de proh.feu.alie.p Fred.vbi Bal.col.tertia.dicunt quod si dominus det licentiam vendendi feudum amico,non poterit vasallus vendere inimico domini,& facit quod notidem Bald.in.§. porrò.columna prima.quæ sit pri. caus. beneficij amit.de vasallo fideiubente pro inimico domini.adde quod notBarto.in extrauagan.ad reprimendum.in glos.super verbo videbitur verficulo secundo.casu principali.In contrarium tamen facit,quod not.Bald.in.l.id quod pauperibus.columna octaua.versigesimosecundo.quæritur. C. de episcopis & cleri.in quæstione. an executor testamenti possit eligere pauperem inimicum testatoris,vbi dicit,quod si talis erat odiosus & indignus, quod tunc non posit eligi per nota.in.l.fideicommissium.C.de fideicommiss. secus si erat odiosus,& non indignus: quia cum testator decesserit confessus,& contritus,illud odium remisit in extremis,vt notatur inst. de iniur.in fin.& subdit quod de hoc fiat articulus.

¶Sed an comprehendatur filius posthumus in facultate ad faciendum maioriam in vnum ex filiis?videtur quod sic.vt in.l.si quis operas.ff.de oper.liber.

¶Sed pone, quod quis impetrauit à principe licentiam faciendi maioriam in vnum ex filiis suis simpliciter,non adiecto quod possit grauare in legitima alios filios,an poterit eos grauare virtute talis facultatis? dicendum est quod non, & si rex in licentia poneret,vt liberè posset per tex.nota.in.l.si quando.in princip.C.de officio.testamen. & tradit in specie.Roderi.Suarez.vbi supra folio. sexagesimosexto.columna prima.& adde quæ not.Abb.in capitu. dilecti.de iudic.versicu.quid si potestas cum sequenti.non ergo vi-

gore talis simplicis facultatis poterit ponere aliquas conditiones, contra ius:vt patet ex prædictis.

¶Sed an ille,qui habet licentiam regiam ad maioriam faciendã in filium,si non haberet filios legitimos posit illam facere in filium spurium,tetigi supra & crederem quod non:quia in tali generali licentia non comprehenditur incapax.vt in dicta lege Lucius.§.Lucius Titius damam. & quæ notat Baldus in lege eam quam.C.de fideicom.& facit bene quod not.Paul.de Cast.in.l.Lucius.§.in testamento.ff.delega.primo.in quæstione illa de testatore,qui instituit vxorem,& grauauit,vt post mortem suam restitueret,vel distribueret bona inter pauperes,quos sibi placuerit vni, vel pluribus.& dicit Paul.quod in tali generali grauamine,non includitur persona incapax,argumento.dictę legis Lucius.§.Lucius Titius damam.allegat etiam Specula.titu.de instrumen.editio.§. nunc vero aliqua. in additio.incipien.continuatur etiam hic alia quæstio.& idem vocat Barto.in.l.fina.ff.de his quibus vt indign.in eadem quæstione. licet Paul.ibi referat Barto.in contrarium.

¶Talis etiam licentia non prodesset, quantuncunque latissima esset data potestas,si ille cui datur,esset incapax factionis testamenti, vel disponendi alias de suis bonis,vt est text.cum glosso.in.l.verbis. ff. de verborum significa.facit.§.in extraneis.inst.de hæred. qualita.& differ.& etiam dicta lex si quando.in princip.adde pro hoc bonum text.in capitu.si gratiosè.in fin. de rescript. libro sexto.& c.dudum.el secundo de electio.& sic in hoc magis vincit,seu operatur impotentia, quam priuilegium text.& ibi Bald.in.l. Titius.§. Romæ.ff.de excusatio.tuto.quia secundum Philoso.actus actiuorum sunt in patienti bene disposito.capitu.venerabilem.de electio. quod intellige,nisi princeps sciens illum incapacem ea incapacitate, super qua princeps dispensare posset dedisset ei, hanc facultatem : quia videretur cum eo dispensare.l.idem Vlpianus.ff.de excusatio.tuto.l.quidam consulebant.ff.de re iudica.

¶Ex quo potest dici quod si rex facta sibi relatione quod quis possidebat aliquam villam titulo maiorię dedit liberam testandi factionem de tali villa ei qui illam possidebat quod ex tali licentia poterit disponere etiam in præiudicium sperantis maioriam: quia erat sequens vocatus & ad hoc vide bonum tex.in.l.etiam.in princip.ff. de bon.liber.quod procedere forte posset in maioria quę habetur ex lege ciuili vel à solo principe non tamen forte in ea quæ habetur ex contractu seu de iure gentium in quo princeps non dispensat vt plene deduxi in quadam mea allegatione in fauorem marchionis de monte mayor.

¶An autem vigore talis facultatis,qua sibi conceditur,vt faciat maioriam in vnum ex filiis,possit duas maiorias facere,in duos vel plures ex filiis,vel plures filios vocare ad eandem maioriam?videbatur quod non per text.in capitu.recepimus.& capitu.porro.de priuilegio:vbi habetur,quod in priuilegiis debet seruari iuxta eorum tenorem,pro hoc etiam videtur text.in.l.qui soluendo.la prima.ff.de hæredib.institu.& ibi glo.nota.ex qua videretur dicendum, quod teneret primæ maiorię constitutio. non verò secundæ. in contrarium tamen est bonus text.in lege prima.in princip.iuncto.§. quanuis.ff.de assign.libert. cuius verba sunt, quanuis in singulari sermone senatusconsultum scriptum est,tamen & pluribus liberis & plures libertos libertas ve,posse assignari certum est. Item etiam si testator mandauerit restitui rem vni de familia,potest fieri restitutio duobus.l. vnum ex familia.§. si duos.delega. secundo. & ibi Barto.& Ioan.de Imol.& Paul.de Cast.& Bald.in verficulo itaque. eiusd.legis & per Barto.in.§.sed & si fundum.eiusd.l.vbi idem vult esse econtra,vt si rogetur restituere pluribus, possit restituere vni tantum:& sic si data esset licentia ad maioriam in plures filios,potuerit fieri in vnum tantum,& istam partem credo veriorem:nam licitum est recedere aliqualiter à forma data per disponentem:dummodo non recedatur à mente, vt not.Bald.in dicta lege vnum ex familia.Imol.in dicto.§.si duos.cum enim mens principis sit dare in hoc istam facultatem,ita vt reguletur secundum voluntatem & dispositionem eius, cui dat : de mente principis est concedere in vnum vel plures,prout condens maioriam voluerit, sicut etiam in dicti.l.vnum ex familia.in princip.&.§. si duos.mens testatoris seruatur,quæ fuit ne res exiret de familia,quod conseruatur,siue restituat vni,siue pluribus de familia:& præsertim procederet vbi bona essent tanta, quod sufficerent ad vnam vel plures maiorias, prout etiam tradit Paul.de Castr.vbi supra. cum tractat de relicto pro hospitali fabricando, quod possunt per executorem famanona.in ordina.tauri.vbi habetur, quod licet ex lege fori pertinuerit meliorare in tertio vnum ex filiis,poterit pater si voluerit meliorare plures,cuius opinionis fuit doctor.de segura. in repetitione.d.§.sed & si fundum.folio octauo columna secunda.versiculo sexto.& folio decimoquarto columna prima.in fin.& hoc plane procedit,quando licentia data fuit,vt posset maioria fieri in vnum filium:quia quod fiat in plures,maior fauor est filiorum,& mens concedentis non repugnat: quando verò licentia data fuit, vt posset facere in duos vel plures filios:tunc non videtur,quod possit tantum fieri in vnum:quia hoc esset in damnum alterius filij, cui etiam princeps voluit prouidere,vnde non videtur tunc posse à forma licentiæ recedi per supradicta: & non obstat,quod habetur in dicto.§.itaque.&.§.sed & si fundum.quia ibi non repugnabat mens testatoris,quæ fuit,vt bona remanerent in familia,quæ etiam isto modo conseruatur: & bene facit,ad hoc quod per illum text. not.Barto.in lege prima.ff.de opt.lega.vbi dicit,quod si testator iubet distribui bona sua inter pauperes,eligendos per talem,quod ille non poterit eligere vnum tantum,& ei dare omnia. allegat etiam l.tertiam.ff.de ann.lega.Ioan.de Imol.tamen in hoc de vno tantum paupere,an posit eligi?vult in.d.§.fi duos insp iciendas esse aliquas coniecturas,vt ex eis constet de mente testatoris,vide ibi per eum. Et ex prædictis patet respon.ad dictam legem qui soluendo:quia ibi tractatur de præiudicio creditorum,quod in quæstione prædicta an possint fieri duæ maioriæ,cessat.

¶Et an virtute facultatis faciendi maioriam in vnum ex filiis possit facere filio qui est in potestate per viam donatiõis?videtur quod sic ex.l.decimaseptima.in ordina.thauri.& ex dicto Bald.in auten. si quas ruinas ver.iuxta hoc quæro vtrum.C. de sacrosanct.eccles. Paulus in lege si quando.in princip.ff.de lega.primo.& an possit fieri in posthumum vide.l.autepenulti.ff.delega.primo.quod sic.& an in filium extantem apud hostes vi.l.illa.§.primo.ff.de hæredib. instituen.& tex.cum glo.in.l.hæredis.ff.quando dies lega.cedit.

¶Sed pone,quod rex concesit priuilegium faciendi maioriam,in vnũ ex filiis:cùm pater plures filios haberet,an poterit facere maioriam in nepotem ex vno ex filiis?est aduertendum ad decisionem huius quæstionis,quod appellatione filij non comprehenditur nepos,quando agitur de præiudicio alterius,ita quod est merum priuilegium:secus si esset beneficium,secundum Barto.in.l.liberorum. columna tertia.ff.de verborum significa.tex.& ibi Bald.in.l.sed & milites.in princip.ff.de excusatio.tuto.Bal.in.§.quia vidimus.de his qui feud.dare poss.vnde videtur,quod non possit fieri maioria in nepotem extantibus aliis filiis.ipsis tamen deficientibus,si euenerit casus,quod vnicum tantum haberet nepotem naturalem,& legitimum ille comprehenderetur sub licentia.quatenus tamen tangeret in præiudicium legitimæ,necessarius esset consensus talis nepotis,iuridicè præstitus iuxta id quod habetur in.l. si quando.§.& generaliter.C.de inoffici.testamen.&licet tali casu sine licentia principis,fieri posset maioria:adhuc tamen multum esset regis licentia proficua,vt vincula,& submissiones,& restitutiones extendantur vltra quartam generationem,iuxta ea quæ habentur in auten. de restitu.fideicom.& ad alia veluti ad impediendum ex prohibitione alienationis,translationem dominij:li tamen nepos esset bastardus seu naturalis,tunc non comprehenderetur:cum vt superius dixi,princeps videatur intellexisse de filio legitimo,& naturali:vnde in dubio non comprehenderetur, nisi aliud constaret de voluntate regis,& quod superius dixi, quod stantibus aliis filiis, nepos non comprehenderetur in facultate, intelligerem nisi pater talis nepotis iam decessisset:quia cum tunc intret in locum patris,videtur quod in eo possit vigore facultatis constitui maioria.ad quod facit bene doctri.Barto.in.d.l.liberorum.colum.quarta.quod statutum quod extantibus filiis fœmina non succedat,procedet stante nepote masculo,patre mortuo:& procederet hoc & si in licentia regia contineatur,quod possit facere maioriam in filium ex se natum:nam mortuo patre nepotis comprehendetur nepos,ex notatis per Barto.in dicta lege liberorum.ad fin.quinte colum.& intelligę iuxta prædicta,quando nepos iste existentibus aliis filiis,intraret locum patris,vel si esset solus,fieret de eius assensu quatenus tangit sibi præiudicium in legitima,per ea quæ dixi.& Barto.tradit. in.d.l.liberorum.columna tertia.& glo.in.l.filij.ff.eodem.de verborum significa.Imò & forte posset dici quod dato quod viueret pater talis nepotis si maioria fieret in nepotem teneret & videretur relicta filio ex quo eius contemplatione relinquitur nepoti filio eius. pro quo videtur bonus casus qui loquit infortiorib⁹ terminis in.l. secunda.cum principio.&.§.1.legis sequentis.ff.de assign.liber.& facit.l.dedit dotem.ff.de colla.bono.& ibi Barto.&.ll.quæ disponunt quod aliquid relinqui patri, sufficit si relinquatur eius filius in potestate.l.tertia.ff.de lega.pręf.& tuenda est dispositio patris vt faluet meliori modo quo possit.l.penul.ff.de testamen.mili.& confert ad hoc.l.18.in ordin.thauri.& facit bonus text.in.l.secunda.§.si mater.versicu.& quid si nepotibus.ff.ad Tertull. qui tex.etiam in materia pœnali loquitur crederem tamen idem esse verius quod stan

Universidad de Deusto
Biblioteca

te filio non posset facere in nepotem vi.Alexan.in.l.hæredes mei.§. peto.ff.ad Trebel.& quod non acquiratur patri videtur casus in.l. fed si mortis.§.hoc autem.ff.de lega.pref.& ibi Barto.nisi fieret nomine patris conferendo acquisitionem patri vt est text.ibi in.§.sequē.& bart.in dict.§.hoc autem.& vide Soci.consilio ducentesimoquadragesimoprimo.columna decima volumine secundo.& adde ad prædicta Barto.quod non posit fieri in nepotem filio stante in l.gallus.§.etiam si parente.ff.de libe.& posth.& Ioan.de Pla.in.l.i.C. de priui.eo.qui in sacro pala.mili.lib.12.

¶Quid tamen si vigore regiæ licentiæ datæ in forma solita,pater inter viuos seu per viam vltimæ voluntatis,constituit maioriam in vnum filium,post cuius mortem vocauit nepotem eius filium,& filius in vita patris decessit,nondum habita maioria,an tenebit constitutio in personam nepotis?Christofo.de Miess.vir præclari ingenij & satis mihi venerandus,qui obiit sub religione Serap hici Frā cisci,qui composuit tractatum intitulatum triumphus christi,contra infideles:in quadam ex multis quæstionibus per eum motis in ista materia maioriæ,quas in discursu sui studij collegit succinctè & non pleno calamo:sed indigestè sperans dante deo plenius tradere, in quæstione ista inclinauit,quod non teneret maioria in personam nepotis,nihil allegans:nisi tantum,quod videtur noua maioria in personam nepotis,ad quem facultas se non extendebat quando nepos esset solus:& non starent alij filij iuxta ea quæ supra dixi. folum allegabat nota.per gloss.in.d.l.filij & per Barto.in.d.l.liberorum.colum.tertia.Ego vero in quæstione ista contrarium tenerem: quia ex quo auus constituit maioriam cum facultate in filium,cui substituit ex vigore eiusdem nepotem,licet filius decedat viuo patre,& auo nepotis,nepos venit ex maioria facta per dictam facultatem,& in persona eius non est noua maioria:sed antiqua.argumen.l.vnum ex familia.§.primo.ff.delega.secundo.& quia siue dicamus substitutionem huius nepotis vulgarem, vel compendiosam,non est quod obstet quin nepos succedat ex substitutione, licet pater eius in vita aui constituentis decesserit: licet enim institutus decedat in vita testatoris,substitutus nepos succedit ex vulgari,vt in.l.si pater filium.ff.de vulga.& pupilla.l.Thais.§.splendorphorus.ff.de fideicom missa.liber.gloss.& Bartol.in.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de liber.& posthu.quod etiam procedit etiam si institutus vocetur ex vulgari contenta in compendiosa: nam & si institutus decederet viuo testatore, substitutus admittitur ex vulgari:sic in compendiosa contenta,secundum Cyn.in.l.precibus.C. de impuber.& aliis substitu.& Barto.in lege centurio.ff. de vulgari & pupilla.Bald.quinto volumine consilio centesimoseptuagesimo.incipit quidam Nicolaus.confirmatur etiam ex decisione.l.Lucius. quæ est antepenul.in.§.filiam.ff.delega.secundo.vbi habetur,quod relictum in defectum institutorum & substitutorum, censetur repetitum ab hæredibus,etiam venientibus ab intestato:& si non apponatur alia clausula codicillaris.facit etiam.l.hæc conditio. in pri. ff.de conditio.& demonstra.

¶Sed quid si rex concessit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filiis,quem vellet eligere & fecit in vnum ex pluribus qui viuo patre decessit sine filiis & maioria reuersa est ad patrem,an potest ejusdem facultatis vigore eligere alium filium &in eum facere maioriam?casus videtur quod non in.l.cuius bonis.ff. de cura.furio.& quia facultas expirauit in prima electione.l.boues.§.hoc sermone. ff.de verborum signific.quod de plano videtur procedere si primus filius acceptauit & habuit maioriam & sic actus vigore facultatis fuit perfectus:si enim non venit in filium maioria & ante eius acquisitionē mortuus esset videtur quod possit eligere alium filium argumento.c.si compromissarius.& capitu.si electio.de electi.lib.sexto.& tradit Oldrald.consilio quinquagesimoseptimo incipit papa reseruauit.& conferunt quæ tradit Felin.in capitu.innouamus.de treuga. & pace in limitationibus ad dictū.§.hoc sermone.Item si cōditor maiorię reuocasset illam in casu quo potest iuxta.ll.thaurinas videtur quod non possit sine noua facultate iterum illam facere per dict.§.hoc sermone.&.l.multum notabilem in.l.matrimonij.ff.qui &à quibus manu.libe.non fiāt.l.cum vir.ff.de conditi.& demonstra.

¶Quid autem si rex concesit licentiam faciendi maioriam,in talem filium, putà petrum an possit pater,eo mortuo facere maioriam,incipiendo à persona nepotis filij illius defunctiꝰ&videtur tali casu dicendum,quod non per text.nota.in.l.si ita quis.in princi. ff.de testa.tute.in versicu.si quis filio.in glos.paruula ibidem:cum dicit non expresso proprio nomine,vbi etiam Barto.colligit,quod appellatio filij expresso nomine proprio,non comprehendit alium, quam filium ficti pecialiter nominatum.facit.l.Gallus.§.instituens. & per totam illam.l.ff.de liberis & posthum.vbi institutio facta de filio,non extenditur ad nepotes.& facit quod not.Barto.in dicta lege liberorum.columnia secunda.versiculo aut tractamus.vbi allegat dictū.§.instituens.adde tex.cum gloss.in.l.Neratius.ff.de regulis iuris.

¶Et idem esset eadem ratione dicendum,vt concessa facultate in talem filium,quod illo mortuo,non poterit fieri in alium per prædicta.

¶Sed pone,quod dedit rex facultatem faciendi maioriam in filium titium,qui mortuus est,& postea natus fuit sibi alius filius, quem vocauit pater similiter titium,an poterit in illum constitue re maioriam?videbatur quod sic,per text.nota.in.l.filiæ.§.à titia.ff. de conditio.& demonstra.qui videtur esse casus quæstionis,Contra rium tamen credo:quia destructa re destruitur etiam priuilegium: & si reædificetur,non habebit illud priuilegium, nisi eiusdem priuilegiantis autoritate fiat,per notata.per docto.signanter per Ioan. de Imol.in lege inter stipulantem.§.sacram.ff. de verbo.obligatio. ad fin.sic etiam videmus.castra vetera inhabitata refici non posse, nisi autoritate principis, secundum Innocen. in capitu.Pisanis.de restitutio.spolia.Bald.in.l.prima versiculo.in initio.ff.de offic.præfect.vrb.facit etiam.l.pater.§.Tusculanus.ff.delega.tertio.neque obstat.d. lex filiæ.§.à titia.quia ibi sumus in casu,qui tantum pendebat à voluntate testatoris,de cuius mente ideo præsumitur,non revocasse legatum ancillæ Agatheæ. de qua ibi: quia aliam,quam post alienationem primæ Agatheæ habuit, vocauit eodem nomine agatheam.in quæstione vero nostra hoc non dependet à potestate patris constituentis maioriam:sed à potestate , & licentia regis, & huius sententiæ fuit dictus Christophо.de Mie.vir doctissimus in dictis suis quæstionibus.

¶Quid autem si rex concedit licentiam faciendi maioriam , prout ipse vellet,liberam sibi in hoc potestatem concedens , an per hoc solennitates iuris ciuilis,& incapacitates hæredum videntur sublatæ,vt sic tali casu posit relinquere maioriam alicui incapaci?videtur quòd sic,vt in lege prima iuncta.l.neque.in.§. deportati.& quæ ibi Barto.ff.de testamen.mili.cogita tamen & vide quæ superius dixi.& per talem clausulam non tolluntur ea quæ sunt iuris naturalis sed quæ sunt iuris ciuilis.

¶Quid autem si quis fecit maioriam cum licentia principis,quæ expirauit post factam maioriam , postea verò constituens cancellauit, seu incidit instrumentum maioriæ:postmodum prædictus,vult illam valere,an posit? & videtur quod non:quia licentia expirauit per constitutionem validam,quæ facta fuit:vnde cum pœnitet & vult,quod valeat reperitur sine licentia.facit text.in lege penul.§.fina.ff.de bonorum possessio.contra tabu.ibi neque putauerit quisquam nuda voluntate constitui testamentum.

¶Præterea eadem solennitas requiritur in actu reparando;quæ in faciendo.l.si vt proponis.la secunda. C. de nupt.& quod ibi not. Bald.& multa in materia cumulat Iason. in repetitio.l.quominus. ff.de flumi. in fina.quæstione de Molendino in totum destructo. In contrarium tamen videtur quod not.Abb.per tex.ibi in capitu. per tuas.de dona.in quarto nota.vbi not.quod qui reintegrat,non dicitur de nouo facere:vnde licentia prius concella,durat in tali reintegratione, & dicta lex si vt proponis.non videtur obstare:quia ibi erat ius patri quæsitum ex diuortio ad dotem, quam dedit filiæ : in casu vero proposito nullum ius erat quæsitum regi,ita vt ab eo noua licentia requireretur.Præterea de mente principis fuit concedere licentiam,nedum ad primum actum constituendi maioriam,licet validum:sed etiam ad secundum actum , si primus ex aliqua causa corruerit:sciebat enim princeps istum actum de sui natura reuocabilem vsque ad mortem.l.quadragesimaquarta.in ordina.tauri.vnde iuxta naturam actus videtur dedisse licentiam,argumento.l.fi.& quæ ibi notantur.C.de non numera.pecu.& etiam de constitutione maioriæ,quæ effectum haberet sensit non de reuocabili,iuxta ea quæ latè tradit Felynus.in capitulo secundo.de treug.& pac.ad intellectum.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verborum significatio.& conferunt multum in ista materia notabilia verba Bald. per text.ibi in capitu.cum accessissent.de constitu.columna quinta numero decimoseptimo.vbi ponit hæc verba.Item no.quod vbi resurgit dignitas , resurgit confirmatio dignitatis : quia resurgit per dispositionem iuris communis:neque est opus,quod papa de nouo confirmet statutum, super hoc edictum ex quo non intelligitur noua creatio:sed quod ammodo redire ad naturam suam facit.l.deferre.§.fina.ff.de iure fisci.l.fina. ff. de mino.ibiq; resp̃ondet Bald.ad.d.l.si vt proponis.& paulò inferius eodem numero dicit:oportet,quod in noua creatione interueniat autoritas Papæ, pontificis:sed in reparatione non requiritur noua autoritas Papæ, subditq; notabilia verba porrò non dicitur omnino extincta,quando superest aliqua spes,vel indicium reparationis,vel aliquis habitus vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiæ non

cancellatis.allegat.l.peculium.§.si opem.ff.de pecul.quod satis confert ad quæstionem istam: nam hic licentia regis non fuit inicia:sed manfit originalis &in regiſtro , quam cum construens non incidisset seu incidi fecisset , non fuit actus maioriæ totaliter destructus : nā manserunt reliquiæ licentiæ(vide q̃ dixi in.l.vigesima quarta titulo primo eadem partita.&.l.fina.ff.de his quæ in testa. delen.) imo & infortioribus terminis ego induco dictum capitulum.cum accessissent:nam certum est quod noua dignitas non potest creari in ecclesia,sine licentia papæ.vt in capitulo primo vigesimasecunda distinctione.& tamen ea ratione:quia ab antiquo illa dignitas primiceriatus: de qua ibi fuit in illa ecclesia licet postea autoritate papæ illa dignitas fuisset extincta:tamen potuit solum capitulum illam reparare ex primeua licentia,licet extinctio autoritate papæ facta fuisset, quod est singulare ad istam quæstionem vt & si rex consensisset reuocationi maioriæ factæ:per constituentem tamen si cōstituens valet pœnitere & reparare maioriam, poterit ex primeua licentia.

¶Et quid si licentia regis detur Titio comiti,& sic sub nomine proprio &dignitatis:an si Titius comes illa nō vtaf,poterit vti eius successor?decide ex his quæ dicit Baldus.in capitulo primo.§.Marchio. versiculo.Pone concessum est priuilegiū.de his quæ feudum dare possunt.Et facit quod notat Bald.in lege prima.§.si defunctus.ff.de rebus eorum.

¶Sed quæro de pulchra quæstione,sæpe,vt ex more videmus,rex solet concedere facultates ad vendendum,& alienandum aliquas res maioriæ,seu obligandi eas pro dote & arris:quod de iure videtur principem facere posse: cum ex eius priuilegio vires sumpsit maioria,iuxta nota.per Bald.in lege qui se patris.C.vnde libe.colimna antepenul.& traditur in plerisque locis,& facit ad hoc quod not.Bald.in capitu.primo.§.hoc quoque.columna secunda.versicu. accidit quæstio.de successio.feud.& quia si lex mortua introduxit res prohibitas alienari pro restitutione dotis,vel alias,vt in autenti. res quæ.C.communia delega.idem dicendum in lege viua,quæ est princeps,An sit dare aliquem modum,vt regi tollatur potestas dandi talem facultatem,ex qua potest venire subuersio maioriæ?& videtur dicendum,quod sic scilicet quod licentia ad maioriam detur propter pecuniam,vel in remuneratione,seu solutionem alicuius seruitij,vel quia princeps sibi aliquid debebat,& principem habeatur licentia mediante contractu:cum principe erit irreuocabilis,& non poterit princeps in eius subuersionem dare prædictam facultatem vendendi,seu extrahendi aliquam rem à maioria,quod probatur ex nota.per gloss.in lege quod semel.ff.de decre.ab ordin.facien.&.l.secunda. ff.de iur.immunita. & Bartol.vtrobique.& ge qui se patris.Paul.de Castr.in.l.digna vox.C.de legib.

¶Notabis tamen singulariter ad id quod dixi principē posse dare talem licentiam vendendi,vel alienandi,quod si possessor maioriæ, cui data fuit talis facultas vendidit:sed adhuc pretium non recepit vel si recepit non consumpsit , quod eo mortuo talis pecunia pertinebit tantum ad successorem in maioria,vt in bonis maioriæ conuertatur,& non ad alios filios vel hæredes per text.nota.in.l.si operarum iudicio.ff.de ope.liberto.iuncta gl.ibi.sed quare in certa. Quæro præterea licet ex lege thaurina licentia debeat præcedere ad maioriam tamen si fine licentia fiat & à principe confirmetur tenet maioria. quid si aliquis fecit maioriam sine licentia supplicauit tamen regi in suo testamento vt eam confirmaret & mortuus est ante confirmationem & hæreditate iam eius filiis delata an si princeps confirmet postea petente filio maiore tenebit maioria? videtur quod sic ex notatis per Barto.in.l.Gallus.§.& quid si tantum. columna fina.versi.quandoq; ipse filius petit se legitimari & tunc si pater hoc disposuisset in testamento &c.ff.de liberis & posthumis. ¶Sed pone quod quis leget filio talem rem in tertia parte bonorum ex lege regni in maioriam qui etiam dicit vel lego illi tales res & tales de quibus facio maioriam,si rex confirmauerit eui supplico vt confirmet, quo facto mortuus est ante confirmationem,item & moritur filius in quem fecit maioriam antequam princeps super hoc aliquid declararet , an transmittet ad suos descendentes primam partem legati, illam videlicet rem , quam reliquit in tertia parte bonorum,quæ non egebat principis confirmationem?& videtur quod neque illam transmittat,neque eius filius poterit petere confirmationem à principe alterius partis legati,scilicet rerum quas reliquit , si princeps confirmaret.& hoc per tex.in lege cum ita.in princip.ff. quando dies lega.cedit & ibi Barto.& eodem titu. l.cum illud.neque obstat ad hoc.l.si vsusfructus eo.tit.quia loquitur quando vnum legatum deficit ex morte ipsius,cui legatur.vnde purificatur aliud seu prima pars alternatiuè, ex quo sequitur quod si legatum fieret isto modo,relinquo filio meo talem rem in maioriam , vel talem & talem si filius meus se obligauerit soluere fratribus suis certas quantitates, vel quid aliud vel si voluerit hoc soluere:tunc enim si moriatur filius ante implementum conditionis,valebit prima pars legati seu alternatiue : quia purificatur primum relictum,vt habetur.in.d.l.si vsusfructus.in princip.

¶Item si defunctus non ita alternatiuè legaret:sed per viam legati de pluribus rebus faceret maioriam in filium maiorem supplicando regi, vt eam confirmaret.& quod si princeps non confirmaret , quod faciebat maioriam de vna ex illis in tertia bonorum: tunc enim & si moriatur filius ante quam princeps declaret,transmittet ad filium rem,quæ relicta est in tertia bonorum.l. si quis ita sic scripsit.ff.de hæredibus instituen.neque obstabit.l.huiusmodi.ff. quando dies legati cedit.quia in isto casu in omnem euentum res legata erat peruentura iure maioriæ:quod non est in casu.l.huiusmodi.& quia quando relinquitur iure maioriæ non solum relinquitur primo:verum omnibus descendentibus, & sic non est quid tractetur de iure transmittendi, seu de die legati cedentis. Imo cum in omnem euentum illa res debeat esse maioriæ, posset filius accipere eius possessionem statim,pro quo facit gloss.in dicta lege huiusmodi &.l.Iulianus.ff. de conditio.indeb.l. cum quidam. ff.de acquirenda hæredita.l.antiqui.ff.si pars hære.pe.l.si pater.ff. de solu.l.si duobus.§.fin.& lege qui filiabus.§.primo.ff. de legatis.1. ¶Nota etiam in materia ista quod facultas principis data ad faciendum maioriam per viam testamenti,vel durationis inter viuos,vel vti vellet,intelligi debet dummodo ille cui datur sit capax factionis testamenti.l.verbis. ff. de verborum significatio.&.§. in extraneis insti.de hæred. qualita.& disse.facit.l.si quando.C. de inofficio.testamen.

¶Item nota,quod si quis fecit maioriam,& misit ad regem,vt confirmaret,& tempore confirmationis,qui maioriam fecit sit furiosus,quod non tenebit confirmatio.l.si quis alicui.ff.de acquir.hære. & vide.l.fin.& ibi glo.& Bart.ff.de bono.posses.

¶Item & aduerte:quia & in istis facultatibus conceditur,quod possit addere,& augere in maioria,quicquid voluerit,& multotiens poterit dubitari,in his quæ addit,an videtur repetere titulo maioriæ & vt bona quæ addit sint maioriæ ad quod vide text.notabilem. in.l.Sceuola.ff.de verborum significa.&.l.libertis.ff.de conditio.& demonstratio.& iunge dicta Bar.in.l.si tibi pure.in fine.ff.de leg.3.

¶Sed quid si mercator huius regni exercet mercantias extra regnum,vbi non est necessaria ista facultas ad maioriam:quia legitima filiorum non est ita ampla,prout est in istis regnis,an poterit de talibus bonis consistentibus extra regnum disponere vt emantur ex eis bona quæ sint maioriæ vel vinculando illa prout possunt,ciues regni vbi sunt mercantiæ?videtur dicendum quod non:& q talia bona mobilia debent sequi personam ex eo quod Bald.vult in.l. mercatores.C.de cōmer.& mercato. dicens quod mobilia concernunt personam: immobilia autem territorium,vbi sita sunt & in istis mercantiis seu mobilibus,quæ non sunt perpetuò destinata ad locum,vbi sunt.Idem vult & pulchrè Salyc.in.l.prima.C.de summa trini.& fide catho.l.ex facto.§.rerum autem.ff.de hæredi.instituen. l.vxorem.§.legauerat.ff.de lega.tertio.& tradit latius Ioann. lecirier in suo tracta.iuris primogenituræ.libro secundo.q.8.vbi alleg.dictum Bald.quod facit in oppositum.& ipse allegat de pace iura.fir. & debet dicere de pace tenenda colum.secunda numero.9.vbi dicit, quod bona mobilia censentur de territorio vbi reperiuntur.& q populo seu fisco illius loci confiscantur:sed tandem resider in conclusione Salyce.vbi.§.an sint ibi perpetuo destinata vel ne.Quid autem esset dicendum si bona essent immobilia?vide per dictum Ioannem in.d.tracta.& libro.q.7.vbi late.

¶Et quid si habens facultatem ad faciendum maioriam cum eam facit dicit quod facit disponendo de tertia & quinta bonorum:bona tamen quæ ponit in maioria excedunt tertiam & quintam,an sustinebitur maioria,virtute facultatis?vide quod dicit Barto.in.l.ambitiosa.in fi.ff.de decre.ab ordi.faci.& in.q.per eum disputata,quā ibi refert.& vide tex.& ibi Abb.in.c.nisi essent .de præben.

¶Nota etiam quod si habens facultatem fecit maioriam,si postea impetret facultatem,vt possit eam renocare,non videtur ex sola impetratione ista illam reuocare.l.forma.§.fin.ff.de censib.& tex.cum glo.in.c.ex tenore.de rescript.

¶Item quid si ex facultate regia,vel ex dispositione legis thauri,reuocet quis maioriā factam,in filium maiorem cum certo onere de præstando aliis filiis certam quantitatem,& instituat maioriam in secundum filium non repetens dictum grauamen,an censeatur repetitum?videtur q̃ sic per text.& quod ibi notat Barto.in.l. Caio.in prin.ff.de ali.& ciba.lega.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sed quid si rex concesit facultatem faciendi maioriam, sub conditione si vxor eius vel talis eorum filius consenserit:contingit quod is cui data fuit talis facultas,fecit maioriam de rebus designatis,dicens quod facit sub conditione prædicta,si vxor vel filius consenserit:& demum consensit,vxor vel filius:eo tamen tempore,quo iam ille qui fecit maioriam erat deportatus, vel apud hostes,vel iam in articulo mortis carens loquela,an valebit constitutio ista maioriæ, & facit q̃ non valeat notabile dictum Bar.in.l.postquam.in princi. ff vt lega.seu fideicom.no.cauea.quod fortè bene procederet in eo, qui de iure iam erat incapax ad faciendum actum,veluti in eo,cuius bona iam erant publicata,quo casu loquitur Bart.vel in capto apud hostes:non tamen fortè procederet in eo,qui de facto non poterat,vt in eo qui perdidit loquelam:nam cum ille præsumatur in eadem voluntate durare.l.eum qui.ff.de proba.glo.in capitu.de nepris.3.q.2.& accedat consensus tempore habili,de iure ad actum:videtur quod actus tali casu teneret:non tamen teneret si consensus accederet post mortem eius,qui fecit,vt probat text. per locum ab speciali in.l.si,pater.ff.de manu.vindi.

¶Sed pone quod data est facultas ad maioriam faciendam sub conditioñe,si dotauerit competenter filias,pater vero dotauit filias tradẽs eis certa bona in dotem,& fecit de aliis bonis maioriam,& postmodum illa bona fuerunt filiabus euicta,an filiæ poterunt agere de euictione,vel rescindere maioriam,tanquam non seruata conditione?vide tex.cum glo.qui videtur probare q̃ sic.in.l.si verò.§.si patronus.ff.de oper.liber.

¶Item quid si princeps concesit facultatem faciendi maioriam in vnum ex filiis,quem elegerit,an possit eam facere in casu quo nõ habet,nisi vnum tantum filium,& videbatur quod non.per.l.i.in prin. iuncta.l.vtrum.ff.de asig.liber.glo.insti.de asig.liber.in contrariũ facit: quia principis intentio in hoc non repugnat:imò magis fauet quando vnus tantum esset filius,ex quo præiudicium aliis non irrogatur.& quia dictæ.ll.procedunt in melioratione inter plures, quæ non cadit in vno:maioria verò bene cadit in vno.

¶Aduerte etiam quod ista licentia seu facultas regia,quando est necessaria ad maioriam fiendam,debet precedere,vt cauetur lege thaurina. 42. bene tamẽ sufficeret si post factam maioriam, princeps eam confirmaret,vt eadem lege colligitur & probatur ex his quæ notant Hostien.Cardi.& Abb.in.c.innotuit.de elect.& præpo. Alexan.in.c.quicunq;.el secundo 50.dist. Sed dubium est an post talem confirmationem posset qui fecit reuocare maioriam si fecerat eam per viam donationis inter viuos?& videtur quod sic traditione non sequuta vel cum ex causa non onerosa facta fuit iuxta.l.44.in ordi.thauri.illa tamen lex loquitur,quando præcessit licentia, non quando confirmatio fuit subsecuta:sed videtur idẽ dicendum:quia talis confirmatio intelligenda est,secundum naturam actus qui confirmatur.l.fin.C.de non nume.pecu.tu cogita.Sed quid si ille in quẽ facta fuit maioria,erat incapax.& rex habilitauit eum,an qui constituit maioriam poterit reuocare in casu,quo potest reuocari maioria.& ex dictis Alexandrini.vbi.§.colligitur decisio quod aut ipse constituens maioriam ignorabat habilitatem,& potest reuocare cũ sciat,aut sciebat & non potest.vide ibi per eum.

¶Aduerte etiam quòd ex licentia ad faciẽdum maioriam in vnum ex filiis,si deficiat masculus potest fieri in fœmimam filiam,vt dixi. in.l.2.titu.15.secunda partita.& vide.l.2.§.filiis ibi vtiq; & filiabus.ff. ad Tertul.& ibi Barto.

¶Et quid si conceditur facultas faciendi maioriam alicui in vnum de consanguineis suis,an possit in consanguineos ex parte matris? tex.videtur q̃ non in.l.i.ff.de iure immu.sed attenta consuetudine loquendi in vulgari in hispania contrarium crederem.

¶Sed quæro quid si rex reuocet omnes facultates ad maiorias per se à tali tempore concessas,an effectus istius reuocationis extendatur ad maiorias:iam factas & præsertim quarum iam est in donatariũ translatum dominium.& videtur quod non ex dicto Bal.in.l.1.col. 3.versi.& facit ad quæstionem.ff.sol.mat.vbi videas,quia vult quod dominium non reuocetur iam translatum,& si princeps reuocasset etiam quo ad effectus sequutos.

¶Item quero an per talem reuocationem facultatum subuertantur, etiam maioriæ quæ ex lege regni in tertia & quinta fieri possunt absq; aliqua facultate.& videtur q̃ non quia princeps suum non legis aufert priuilegium.& ad hoc facit bonus text.in.l.nam similes. ff.de iniust.rupt.

¶Item quæro cum ex lege thaurina licentia regis debet præcedere maioriam,& non sufficit si subsequatur an hoc procedet,etiam si faciens maioriam vnicum tantũ habuisset filium.& in hoc in quæstionibus illius viri doctissimi de Miesses reperi q̃ limitabat dictam legẽ thauri, nisi ille in quẽ fecit pater maioriã esset vnicus patri suo. & hoc dicebat esse singulare.& verum allegabat tex.& ibi Bart.in.3. oppo.in.l.posthumus.in prin.ff.de iniust.rup.de quo ego dubito cũ non reperiam rationem diuersitatis,an sit vnus vel plures filij cum eadem quantitas legitimæ debeatur vni,quæ & pluribus imo & maior:cum si vnus sit non cadat melioratio tertij,neq; quinti & exinculis & prohibitionibus maioriæ eadem læsio inferatur quo ad gravamina filio vnico,sicut si essent plures,limitabat etiam dictam.l. thaurinam in casu quo ante maioriam fuit data facultas:nam si eius vigore facta fuit si postea reuocetur,vel ex aliqua causa desinat,si postea rex iterum eam concedat reconualescet maioria.per.l.si quis filio exhæredato,§.irritum.ff.de iniust.rupto.& ibi Bart.in princip. & in pe.oppo.& in dicta.l.posthumus.in prin.in.3.oppo.

¶Sed pone quod cauetur in maioriæ inuestitura,quod filius bastardus legitimatus possit succedere in maioria,si sibi a patre relinquatur,pater ante legitimationem reliquit maioriam filio bastardo nõdum legitimato,legitimauit tamen eum postea,an succedet in maioria?videtur quod non:tam ex dictę.l.thaurinę dispositione quæ facit in argumentum quam per.l.in tempus.&.l.si extraneum.§.a. ff.de hæredib.instituen.

¶Quid tamen si cum impetrat legitimationem vel alias cum legitimat dicit quod facit hoc vt succedat in maioria videtur quod sufficiat arg.l.si quis hæres.ff.de iniust.rupto.&.l.Pamphilo.§. propositum.ff.delega.3.& bene conferunt quæ tradit Iason.in repe.l.quomi nus.ff.de flumi.21.q.

¶Item nota quod si maioria fieret sub conditione si princeps eam confirmet tenebit si sequatur confirmatio ex.l.thauri.& vi.21.q.5.in capitu.quia Ioannes.

¶Item pone quod habens facultatem fecit maioriam in filium,& cum haberet vxorem prægnantẽ,dixit quod posthumo vel posthumę quæ erat in vtero legabat mille pro alimentis,contigit quod nascuntur duo masculus,& fœmina ex eodem ventre,an vitiabit,constitutio maioriæ?dic quod non.sed quilibet posthumorum habebit mille,quæ fuerunt relicta.l.si ita scriptum.in prin.ff.de libe.& posth. glo.& Bar.in.l.3.§.fin.ff.eodem.glo.in.l.3.ff.de iniust.rupt.in verbo si nascuntur.

¶Aduerte etiam,q̃ licet ex.l.thaurina.licentia debeat præcedere,hoc procedet quando alias non esset valida constitutio maioriæ,si tamẽ sine licentia esset valida tamẽ ad valorem aliquarũ vocationum vel prohibitionũ alienationis,seu alias qualitates esset necessaria facultas regia,si talis facultas subsequatur constitutionem, bene tenebit, & vna cõuertetur in aliam.vnde defuncto constituente cum prima maioria tenebit,subsecuta facultate ad illas qualitates,quæ erant necessarie,ad eius valorem.ar.tex.cum glo.& ibi Bar.colum.2.in.l.2.in prin.ff.de vulg.& pupil.licet enim prius fecerit maioriam sine regia licentia illa confirmabitur seu validabitur,si postea habeat licẽtiam regiam ad constituendum maioriam vt probatur per text.in.l.si gs filio.§.irritũ.ff.de iniust.rup.& ibi Bar.& vide multa quæ in proposito adduci pñt de quib⁹ per Iaf.in rep.l.quominus.ff.de flumi.q.21. cogita tamen.

¶Sed quæro iuxta ea quæ post principium huius gl.dixi quod rex cõcessit facultatem alicui faciendi maioriam in quarta parte bonorum suorũ,an per hoc videatur sibi sublata facultas,ne faciat in tertia iuxta.ll.regni?in quo videtur dicendum q̃ non per text.in.l.non tantum.§.si emancipatus.ff.de bon.pos.contra tabu.& ibi Bar.& facit.l.legatum.ff.de fundo instru.neq; obstat.l.si ita quis.ff.de vulga. & pupil.quia respondeꝛvt ibi per Bar.

¶Quid autem si rex dedit facultatẽ faciendi maioriã alicui in vnicũ filium,quem tunc habebat & postea nascitur sibi alius filius,an poterit facere maioriam adhuc ex vigore facultatis?dic quod non per tex.in.l.ex facto.in prin.ff.de vulg.& pupil.

¶Itẽ aduerte,q̃ si nõ habens facultatem facit maioriã per viam donationis in vnũ,& in eius defectum in alium translato dominio in primum:non transfertur in secundum mortuo illo.vnde si primus alienaret,vel alij concederet teneret alienatio.ita colliges ex decisione quadam Guidonis in decisio.Delphinatus.quæstione.5tn.& intellige de carente facultate à principe vel à lege propter ea quæ habentur.in.l.7.titu.4.partita.5.& in.l.thaurina.

¶Quid autem si quis faciat maioriam de omnibus bonis suis,an veniant bona futura?& dic quod non.l.si ita.ff.de auro & argen.legat. Bald.in.§.similiter de contro.inuest.in fine.sed quid si princeps legitimauit ad petitionem patris vel alias filiũ bastardum & cõcessit, vt possit.in eum facere maioriam,an versa vice videatur data eadem licentia filio,vt fortè ditatus de his,quæ acquisiuit faciat maioriam in patrem, ex vigore facultatis,si erat necessaria?vide per Felin.in capitu.postulasti.de rescrip.in quæstione illa an extendatur dispensatio.ex cuius dictis videt q̃ non.¶Pone autẽ q̃ rex dedit licentiã faciendi maioriã in filiũ fratris:quia is cui dedit nõ habebat filiũ,an si postmodum nascat sibi filiꝰ,poterit ex ista facultate facere

in eum maioriam?& videtur quod non:quia esset extensio de psona ad personam in materia odiosa.ex notatis per Bald.in.l.sed & milites.in princip.ff.de excu.tuto.& per Francisc.de Are.in.l.gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posth.&quia hic est maior ratio prohibitionis,vt filius nõ grauetur in legitima.& sic princeps esset difficilior in concedendo.& facit p hoc: nã si rex concederet alicui cui castrũ,vt post vitam illius maneret iure maioriæ in quendã ne potem filium fratris donata rij, tunc propter natiuitatem filii, non excludetur ille nepos filius fratris,vt vult Bal.in.l. cum acutissimi.C. de fideicõ.in fi.sed consideꝛa si fortè hoc posset limitari si concessio principis totaliter tenderet in fauorem patrui,vt quia princeps ad illum nõ ad filium fratris habebat affectionem.& probaretur ista limitatio.ex dictis eiusdẽ Bal. in.d.l.cum acutissimi.in fine.& facit.l.sed & si plures.§.in arrogato. ff.de vulg.& pupi.&.l.sociũ qui in eo.ff.pro socio.¶Sed an si quis fecit maioriam fine licentia principis,an si princeps post illius mortẽ illam confirmet teneatꝰvide Ange.per tex.ibi quod sic in.l.pe.in ad di.ad Bar.C.de præpo.sacri cubi.lib.11.& vide tex.not.in.c.quia Ioãnes.11.q.3.¶Quid autem si in facultate regia ad maioriam dicitur,q̃ dotatis filiabus possit facere maioriam,qualiter hoc intelligatur q̃ sint dotatæ.vide quæ notat Bald.in lege fin.col.3.in quibusdã quæstionibus.C.de pactis.& idem Bal.in.l.si plures col.pe.C.de condit. inser.& Bar.in.l.cum plures.§.pe.ff.de admi.tuto.& in.l.titio.§.titio mentati sunt dictam.l.nemo potest.de qua ista sumpta est.ego similiter istam.l.his laboribus pro communi vtilitate ornare decreui & labores isti pro maiori parte fuerunt illius docti viri licentiati de mieses in quibusdam suis recollectis quæstionibus in ista materia & tam istę questiões quam alie multę sparsę in ista materia per istos libros partitarũ fuerunt dicti domini aliquibus per me aditis eius anima requiescat in pace qui sperabat fauente deo in ista materia maioriæ ad nostrũ modum hispanicum,pleniori stillo multa & practicabilia,& nota.digna tradere,sed morte preuentus & quia ante mortem monasticam vitam elegit non potuit & ne mireris si aliqua ex his tibi videantur non ita digesta vt oportuit tum quia ille in dictis recollectis non habuit rem istam pro perfecte absoluta sed tantum in progressu fuorum studiorum induxit.ll.ad istas quæstiones tum etiam quia mihi hominiꝰ valde occupato deficit tempus ad maturius cogitandum. Tu lector amantissime cum casus occurrerit latius cogita.bis & pro leuamine laboris tibi ista placebunt:sufficit enim si cui vel in paucis amici labore consulatur.l.tutori.C.de negot.gest.

a ¶*Mandasse fazer.* Concord.cum.l.seruo alieno.§.fi.&.l.si quis inquili nos.§.fin.&.l.filius familias.§.edes.ff.delega.1.

b ¶*Muertos.* Concord.cum.l.quidam.in principio.ff. de conditio.institu.

c ¶*O en fecho de sepultura.* Vt si mandauit sibi fieri sepulturam magnifumptus,quæ statui suo nõ esset conueniens; alias hæredem priuat: nam talis voluntas non est seruanda,nec hæres perderet hæreditatem,ita exemplificat Paul.de Castr.in dicta lege seruo alieno.§.finvel secundum Paul.de Castr.ibidem si mandaret ,se sepeliri cum melioribus vestibus,quas habebat,vel annulis vt faciebant pagani, & facit ad eum, qui successorem in maioria tali onere grauaret, qui de alio seculo non cogitabant.&facit ad quæstionem quam late tractat Alberic.in dicto.§.fina.de milite,qui more solito cum instrumentis singulis & equis coopertis sepelitur apud monasterium prædicatorum,an de illis debeatur quarta presbytero parrochiali? vide ibi late.

d ¶*Contra ley.* Adde.l.conditiones.contra edicta.ff.de conditio.institu.& eo.titu.l.conditiones quæ contra bonos mores.

¶*Lex.33.*

Si eadem res vni vel pluribus legatur coniunctim vel diuisim,valet legatum & æqualiter eam diuident:& si cord aliquis ante testatorem moriatur:vel si in vita testatoris parti suæ renunciet,vel alias ei non pertinet: tunc portio sua accrescit collegatariis.h.d.

e ¶*En muchos.* Prosequitur nota.p Azo. C. eodem. in summa.col.7. versicul. item legari potest vni & legari possunt pluribus.

¶*Por si.* Quid si aliqui sunt coniuncti alij vero disiuncti? dic vt per glo.& Barto. in.l.planè in princip.ff.delega.primo.In glo.super verbo potestate. & intellige,vt per Paul.de Castr.in dicta lege si pluribus.columna prima.quod ibi coniuncti fuerunt verbis tantum,vt quia testator dixerat æquis portionibus,licet non potest negari,quin sit diuinare ad illum text.

f ¶*En ante que el testador.* Adde.l.vnicam.§.pro secundo.C.de caducis tollen.&.l.si titio & mœuio.§.Iulianus.ff.delega.secundo. & quid si tempore testamenti iam legatarius cum alio coniunctus erat mortuus?vide in.d.l.vnica.§.in primo.& ibi glos.in parte ad illos.

g ¶*Renunciasse su parte.* Adde.§.si eadem res.inst.delega.

h ¶*Otra razon alguna.* Vide per glossi.in dicto.§.si eadem.super verbo defecerit.

i ¶*Acrescer seya.* Vt in.d.§.si eadem.& in dicta lege vnica.§. in primo &.§.pro secũdo.si tamen deficiat legatũ propter defectum legatarij, vel propter eius delictum tale quod legatum debeat fisco applicari: tunc non accrescit coniuncto vt in lege si titio.& ei qui capere non potest.ff.delegat.secundo.si verò legatum deficiat ratione rei legatę. tunc etiam non accrescet coniuncto,vt in.l.huiusmodi.§.si titio.ff. delega.primo.si verò legatum deficiat attenta persona legatarij,vel mixta consideratione rei,& personæ legatarij, vel ipsius legantis, tunc dic vt in.l.plane.§.si duobus.&.§.sequenti.ff.delega.primo.& vide in ista materia.singulariter per Bartol.in dicta lege huiusmodi.§.si titio.el primo.cum aliquibus ibi additis per Ioann.de Imol. & Alexand.& quia.l.ista tractat de materia iuris accrescendi inter collegatarios.adde latius.in.l.vnica.§.his ita diffinitis.C.de caducis tollend.& in.l.re coniuncti.vbi Barto.latissimè.ff.deleg.tertio.Et aliqua ex multis,quæ in ista materia cumulaui hic annotare decreui nam & si conditio adiecta vni coniunctorum in eius persona deficiat,non ex hoc minuitur:imo augetur ius alterius.l.si tibi & ei qui. ff.delega.tertio.quæ lex est satis notabilis.not.etiam quod inhabitatione pluribus relicta,habet locum ius accrescendi.vide.l.codicillis.in princip.& ibi Barto.ff.de vsufruct.lega.Item habet locum inter duos correos,quibus est relicta liberatio.l.si is. & ibi Barto.ff.de libera.lega.Item etiam ius accrescendi habet locum in legitima.vide per Bald.in.l.vnica.§.in primo columna tertia.C.de caducis tollend.& vide de hoc plenius per Alexand.in.l.planè.§.si duobus.columna tertia.ff.delega.primo. Et vtrum filio instituto in legitima,tantum accrescat totum residuum,per ius accrescendi?vide Bal. in.l.vnica.columna sexta.C.quando non petent.partes.habet etiam ius accrescendi locum in donationibus causa mortis.l.vnica.§.cum autem.C.de caducis tollen.adde Bal.quem vide in.l.vnica.columna decimatertia.C.quando nõ petentium partes.Aduerte etiam quod coniunctus per ius accrescendi præfertur venientibus ab intestato, in eo,quod non potest capere coniunctus ratione incapacitatis.vide per Bald.in.l.eam quam.columna fin.C.de fideicom.dixit etiam Bal.in.l.vnica.§.in primo.in princip.C. de caducis toll.quod etiam inutilis coniunctio parit ius accrescendi. Quærit etiam Bald. in dicta lege vnica.§. vbi autem.columna penultima. an si dispensatum fit cum patre,quod posit legare duobus filiis suis spuriis vsque ad certam quantitatem , vel quidquid pater voluerit mun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid inter eos habebit locum ius accrescendi? & primo dicit videri quod non: quia dispensatio vt odiosa est restringenda: sed contrarium videtur secundum eum, quia voluntas testatoris fauorabilis est & ampliada: demum dicit de hoc minimè dubitandum, si essent legitimati.

¶Et potest in diuersi ad quæstionem maioriæ, vt si ex priuilegio principis quis faciat maioratum in duos filios, vel nepotes spurios, quod in defectum vnius alter habeat totum per ius accrescendi, quando maioria fieret p modum vltimæ voluntatis: dixit tamen Bald. in l. senium in fin. C. qui testamen. facer. poss. quod relictum quod capit vires ex dispensatione non recipit ius accrescendi vide etiam per Bald. in d. §. vbi aut. An in caduco per sententiam habeat locum ius accrescendi dixit etiam Bald. in l. vnica. columna quarta. C. quando non petentes. quod etiam contra excl usum per præscriptionem habeat locum ius accrescendi, & in l. illa, quinta sexta. & alius col. Bald. late tractat de ista materia iuris accrescendi, & ibi Bald. colum. septima. dixit quod ius accrescendi est eiusdem conditionis, & prærogatiuæ, & rationis, cuius est suum principale, vide etiam ibi per eum in n. colum. an ius accrescendi locum habeat in iurisdictione ordinaria, vel delegata vel arbitraria & ibi per additionatorem, an habeat locum in fallariis. vide in additio. super parte contractibus. & etiam ibidem per Bald. an in vocibus habeat locum ius accrescendi, & ius accrescendi est eodem iure aliquid accrescere, nec est necessaria noua agnitio. Bald. de duobus fratribus à capitaneo inuesti. vide. l. secundam. §. si duo. ff. de bonor. possess. secundum tabu. & portio coniuncti non omnibus: sed coniuncto accrescit: disiuncti verò, omnibus. l. hæredes. ff. de hæred. instit. ¶Nunc vero aduerte ad aliqua, in quibus cessat ius accrescendi. & primo cessat inter coniunctos coniunctione legali, in legatis tex. notabi. in. l. & proculo. ff. de lega. secundo. quod limita nisi legatum esset pro non scriptum. l. verum. §. si seruo communi. ff. pro socio. & sub limita. per. l. filius. §. sequens quæstio. ff. de falsis in hæreditate verò inter coniunctos coniunctione etiam legali, locus est iuri accrescendi. l. seruus communis ab extero. ff. de acquiren. hæredi. & vide quod dicit Bald. in. l. hac edictali colum. fina. C. de secundis nupt. & vide per Bald. in lege prima. columna octaua. C. quando non petent partes. & in. d. l. hac edictali. §. primo. colum. secunda. in vsufructu etiam inter coniunctos coniunctione legali, locus est iuri accrescendi lege prima. §. 1. ff. de vsufruct. accresc. Item ius accrescendi non habet locū post quæsitas portiones, nisi in vsufructu. d. l. §. fi. vide glo. & Pau. de Cast. in. l. aquam. ff. quemadmo. seruitu. amittan. & p Bar. in. l. cotidiliis ff. de vsufruct. lega. & in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Quid tamen si aliquis petiit restitutionē, vt absque eat? vide per glo. & Bar. in. l. sed cū patrono. in prin. ff. de bono. possess. & limita, vt in. l. vtrum. vbi glo. ff. de asignā. libert. Item in exhæredatione non habet locum ius accrescendi Bald. in. l. i. C. de liber. præte. & sic exhæredatus à quota non videtur exhæredatus à toto. Item licet accrescat ius, non tamen accrescit possessio sine noua apprehensione, secundum Bal. in. d. l. vnica. co. 2. C. quando nō petentes partes & ibi de Carboniana, & alius bonorum possessionib⁹.

Item ius accrescendi non habet locum in portione, quæ non deficit ipso iure: sed ope exceptionis. glo. cum tex. & ibi Bar. in. l. si duo patroni. in prin. ff. de iure iur. vide per Iaſ. in. l. si mihi & titio. col. 3. ff. de verbo. oblig. Item non habet locū ius accrescendi in acquisitorū resolutione, secundū Azo. in summa. C. de asignan. liber. nisi in duobus casibus. f. in asignatione libertorū, & in vsufructu formali: non autem in dominio directo, vel vtili adde Bal. in aut. si quas ruinas. colum. fi. ver. §. casu. C. de summa trini. & fide Catho. & per Iaſ. in. d. l. si mihi & titio. col. 5. Item ius accrescendi non habet locum de possessione naturali ad ciuilē. gl. & ibi Bart. in. l. sed & si. nolit. ff. de acquir. poss. Item verba taxatiua impediunt ius accrescendi. l. Lucius. §. qui habebat. ff. ad Trebel. vide Bar. in. l. pater filiū. col. pen. ff. de inofficio. testa. Bal. in. l. i. 14. col. C. de sacrof. eccle. & in. l. vnica. col. 7. C. quādo non petent partes. & vide Bal. in. d. l. col. 4. C. de secundi nupt. Item non habet locum in relicto alimentorum. l. dominus. ff. de vsufruc. Bal. in. d. l. i. 14. col. C. de sacrof. eccle. & in. d. l. dominus. quod nota ad filios spurios. Quid autem de fructibus canonicatus vacantis, an accrescāt aliis canonicis, vel ecclesiæ? Bald. dicit quod ecclesiæ. in. l. non plures. C. de sacrosan. eccle. Item nota quod testator in legatis, potest tollere sua voluntate ius accrescendi. vide p Bart. in. d. l. re coniuncti. colum. 10. ff. dele ga. 3. & in. d. l. pater filium. colum. pen. ff. de inofficio. testa. in repet. & vide per Bald. in. l. quotiens. ff. de hæredib. institu. & in. l. fina. C. si quis omiss. caus. re-

misimo testamento, que mandaua aquella misma viña a otro, e despues a otro, nombrando cada vno dellos por si: ca estonce todos la deuen partir entre si egualmente [c] como dicho es.

¶Ley. XXXIII. Como las mandas deuen ser dexadas en testamento o en codicilo: e como passa el Señorio dellas a los herederos e aquien las mandaren.

fuesse mandado, como sobredicho es. E tal manda se faria ayuntadamēte en esta manera, como si dixesse[a] el testador: mādo a fulano e a fulana tantos marauedis o tal cosa, nombrando los todos, vno a vno señaladamente, quantos fuessen aq̄llos aquien lo mandasse. E apartadamente se faria la manda de vna cosa a muchos, como si dixesse: mādo a fulano tal mi viña e despues desso, dixesse en aquel

sta. Et an iuri accrescendi possit renuntiari, vide per Bald. in. d. l. vnica. col. 9. C. quando non petent. partes. Item qui admittitur ad legatum, de iure speciali non habet ius accrescendi. l. mulieri & titio. ff. de conditio. & demonstra vide ibi per Bartol. & docto. non parui pendas ista, sed gaude cum laboribus meis: & hæc summula sit tibi gemmula.

a *¶Como si dixesse.* Nota istud exemplum, & hic dicuntur coniuncti re & verbis, secundum glossin lege prima. §. fina. ff. de vsufruct. accresc. & tenet Barto in. l. re coniuncti. ff. delega. tertio. columna sexta verficu. tertio loco. principaliter quæro contrarium: imo, quod isti sint coniuncti verbis: sed disiuncti re: quia testator à principio videtur diuisisse inter eos, tenuerunt Petrus & Cynus in. l. vnica. § vbi autē. C. de caducis tollend. quam opinionem dicit veriorem in puncto iuris. Alexan. in. l. plane. §. si coniunctim. ff. delega. primo. columna prima. ista. l. partitarum: neque facit pro opinione glossæ & Bart. neque pro contraria: imo posset dici, quod faciat pro opinione petri & Cyni: nam ponit exemplum quando titio & Seio lego decem nam cum tunc intelligatur de eisdem decem, vt in. l. si quis testamento. in princip. ff. delega. primo. ergo æquis partibus videntur vocati, & sic erunt coniuncti verbis sed non re: sed dic quod imò & isto casu erunt re & verbis coniuncti. & facient sibi partes per concursum, sicut cum fundus legatur.

b *¶Apartadamente.* &c. Isti sunt coniuncti re: sed disiuncti verbis, vt hic & in dicta lege re coniuncti. ff. delega. tertio. vbi Barto. columna tertia versicu. primo. de coniunctis re tantum, & si vnus istorum acceptat legatum: alter verò nondum acceptat, neque repudiat, possit ille qui acceptauit habere totam rem legatam, & illam vendere? vide per Bald. in. l. vnica. §. vbi autem. C. de caducis tollen. columna penulti. versicu. extra quæro. qui dicit, quod quando legatum est pu rum, cum ambo legatarij ipso iure sibi faciant partes per concursum, agnoscens non poterit petere totum legatum: sed faciet assignari terminum collegatario ad acceptandum, vel repudiandum. allegat. l. cùm pater. §. furdo. ff. delega. secundo. & l. cum quidam. ita cum. l. sequenti eodem titu. si autem vni esset legatum purè, alteri sub conditione: tunc dies legati puri cedit statim insolidum, & ideo interim totum peti potest: quia cessat concursus vide ibi per eum. Quid etiam in hæreditatibus, & an si pluribus promittatur aliquid in genere, an cuilibet debeatur insolidum vel concurrant? vide per Bald. in quæstione nota. in dicta lege vnica. §. cum autem. C. de caducis tollen.

c *¶Igualmente.* Nam inter disiunctos verbis, coniunctos re, vnus non præfertur alij. Quid autem de aliis coniunctis, vide per Barto. in. d. l. re coniuncti. versic. 6. principaliter.

¶Lex. 34.

Si legatum est purum, vel in diem certum mortuo testatore dominium rei sic legatæ transit in legatarium: & transmittit eū ad hæredē suum post mortem testatoris, & si ante aditam hæreditatem decedat legatarius. Si verò sit legatum conditionale, moriens legatarius ante conditionis existentiam nō transmittit, imò remanet legatum apud hæredem testatoris: nisi legatarius habuerit coniunctum vel substitutum: tunc impleta postea conditione admittitur substitutus, vel coniunctus. h. d.

a *¶No valdria.* Limita, vt habetur, in. l. 25. titul. 11. 3. partita. & in. l. fina. C. de fid eicom.

b *¶En las leyes.* Vide in. l. 7. & 8.

